


SAPERE AUDE







Ioh. Andr. Theloth inv. et del. *Ioh. Aug. Corvinus Sc. Aug. Vind.*

HISTORIÆ NATURALIS HASSIÆ INFERIORIS PARS PRIMA

QUA

Potiora & Elegantiora hujus Fossilia, Figurata æque ac certa quadam & regulari figura carentia, eaq; vel lapidea vel metallica, ita in lucem protrahuntur publicam necessariisq; Iconismis illustrantur, ut cuilibet curioso in illis conchas genuinas Marinas, Plantas, Pisces aliaq; naturæ admiranda cernere & per hæc magnum Creatorem laudare liceat.

i. e.

Der Natur-Geschichte des Nieder-Fürstenthums Hessen Erster Theil


Worinnen dessen vornehmste und zierlichste/ sowol gebildete als ungebildete/ zu theils in Stein/ zu theils in Metallen bestehende Fossilia dergestalten an des Tages Licht hervor gebracht werden/ daß ein jeder Curiosus an denen ersten veritablen See-Muscheln/ Pflantzen/ Fische auch andere Seltenheiten der Natur täglich beschauen/ und dadurch den grossen Schöpffer preisen kan.

von

Dr. PETER WOLFART,

Leib-Medico, der Artzney und Natur Wissenschafft Profess. Publ. Land-Physico und der Hochlöbl. Käyserl. Carolinischen Gesellschafft Mit-Glied.

CASSEL/ Gedruckt bey Henrich Harmes/ Fürstl. Hess. Hof-Buchdrucker. Anno 1719.



Dem Durchläuchtigsten

Fürsten und Herrn

HERRN

CARL

Dem Ersten dieses Namens/

Landgraffen zu Hessen/ Fürsten zu Herßfeld/ Graffen zu Catzenelnbogen/ Dietz/ Ziegenhayn/ Nidda und Schaumburg/ rc. rc.

Meinem gnädigsten Fürsten und Herrn.

Durchläuchtigster Fürst
Gnädigster Fürst und Herr!

Es sind zwaren nur schlechte Steine und Muschelen und keine den freyen Zutritt sich selbsten erwerbende kostbare Orientalische Perlen oder andere hell-gläntzende Zierahten/ welche vor Euer Hoch-Fürstl. Durchl. Fuß-Schämel in gegenwärtiger ersten Entwerffung dererjenigen unter-irdischen Seltenheiten/ so sich durch meine Nachforschung in Zeit von zwölf Jahren/ da Euer Hoch-Fürstl. Durchl. unterthänigst zu dienen die grosse Gnade habe/ in dem werthesten Fürstenthum Nieder-Hessen und darzu gehörigen Landen/ worüber Euer Hoch-Fürstl. Durchl. bereits in das zwey und viertzigste Jahr zu sonderbarer Consolation und Wachsthum

thum Dero Hoch-Fürstl. hohen Hauses und aller getreuesten Diener und Unterthanen/ Ihnen selbsten aber zu unverwelcklichem Nachruhm den Scepter glorwürdigst geführet/ gefunden haben/ mit tieffster Demuht niederzulegen/ mich unterthänigst erkühne.

Dieweilen aber Euer Hoch-Fürstl. Durchl. dergleichen verborgene Schätze der unterirrdischen Klüffte in nicht geringem Werth halten/ indem man den höchsten Regenten und Schöpffer Himmels und der Erden nicht weniger als einen allweisen/ barmhertzigen und gnädigen GOTT/ als auch zugleich wie einen gerechten Richter darab erkennen und sich über dessen unerforschlichen Wunder-Finger hertzlich vergnügen kan.

So setze ausser allem Zweiffel/ wil auch gantz unterthänigst und gehorsamst darum hiermit angesuchet haben/ Euer Hoch-Fürstl. Durchl. werden und wollen gnädigst geruhen diese meine geringe Arbeit mit Gnaden-Augen anzusehen und mir anbey zu erlauben/ daß ich nicht nur vor die zu Beförderung dieses obwol geringen/ dennoch der gelehrten Welt verhoffentlich nicht ohndienlichen Wercks bishero bezeigte sonderbare Hoch-Fürstl. Freygebigkeit und Munificence offentlich preisen und den schuldigsten unterthänigsten Danck davor abstatten/ sondern auch Dero ferner weite hohe Protection, Assistentz und Hülffe allergehorsamst außbitten darff/ damit dasjenige/ was jetzo gleichsam in seiner Kindheit fürgestellet wird/ dermaleins zum mänlichen Alter und mehrerer Vollkommenheit gelangen könne/ den allerhöchsten

sten GOTT hertz-inniglich dabey anseufzend/ daß Er Euer Hoch-Fürstl. Durchl. als einen derer fürnehmsten Fürsten und Säulen des Teutschen Vatterlandes zum allerhöchsten Menschen-Alter gelangen lassen und Sie sampt Dero Durchl. Erb-Printzen und gantzen Hoch-Fürstl. Hauß bey immerwährendem hohen Aufwesen ohne Einmischung einigen Leydes gnädiglich erhalten/ mir aber das Vermögen geben wolle/ mich aller bisher genossener und bis an das Ende meines Lebens außbittender ohnverdienter Hoch-Fürstl. höchsten Gnade und Hulde/ je länger je mehr würdig zu machen. Allermassen zu derselben mich hiermit Fuß-fälligst empfehle/ und in allertieffester Unterwerffung lebe und sterbe.

Euer Hoch-Fürstl. Durchl.

Meines gnädigsten Fürsten und Herrns

unterthänigster treuester und
gehorsamster Knecht

P. Wolfart.

In Frontem Libri.

PHœbi ſacerdos quisquis inedita
Miracla terræ quæris, & æquoris
Portenta perluſtrare geſtis:
Huc celeri properato greſſu.
En, erudita panditur à manu,
Quicquid procellis exitialibus
Sævaq; ventorum catervâ
Æquorei Dominator orbis
Olim timendus, conjugis e ſinu
Raptum aviorum per juga montium
Diſperſit audax, cum feroci
Diluvio premeretur orbis.
Qui tunc per ulmos innocuo gradu
Luſere piſces, qui juga montium
Suprema ceti permearunt,
Nonq; ſuas ſtupuere ſedes:
Quæ tunc ab imis undiq; ſyrtibus
Pontiq; gazis eruta diſpulit
Montes per altos Amphitrite
Ætherei nova monſtra mundi:
Hæc ipſa promit cortice ſaxeo
Veſtita, magno dignus Apolline
Ductore WOLFARTUS, parentis
Dædaliæ melior ſacerdos.
Viden? ut ortos æquore Nautilos
Et ſepta ſpinis Cornua, Cochleas
Læves, ſtriatas, Casſidesq;
Hasſiacis tumulata terris
Oſtendat orbi? cernis, ut intimis
Evulſa largi viſceribus ſoli
Metalla, petrefacta ligna &
Hasſiacæ nova mira terræ
Orbi erudito pandat, & abditos
Commonſtret ignes, qui mineralium
Non erubeſcendi parentes
Hæc pariunt celebrata mundo.
Revolve Cartas, inſpice ſchemata:
Certas videbis diluvii notas,
Luſusq; naturæ ſtupebis
Per gelidæ cava clauſtra terræ;
Tandem ſedebit menti ea opinio:
Quæ ſparſa mundo mira ſtupescimus,
Hæc dona ſunt graſſantis undæ in
Exitium pereuntis orbis.

Hæc & explicandæ fronti operis & Honori
Clariſſimi Domini Auctoris ſcribebat
JOH. ADOLPH HARTMAN,
Phil. & Poeſ. in Illuſtri Carolino Profeſſor.

Erklärung des ersten Kupffer-Blats.

DA die Wasser-reiche Fluth mit erzürntem Grim̃ und Rasen
Dieses grosse Rund der Welt überschwem̃te / da das Blasen
Des ergrim̃ten Æoli die ergoßne Wässer triebe
An die finstre Wolcken-Klufft / da nichts unverdeckt verbliebe
Von dem Gipfel höchster Berg / da die gantze Welt von Weh
Und von Wasser war erfüllt / überschwemmet von der See:
Hat Neptunus auß dem Schooß seiner Thetis weggerissen
Muschlen / Fisch und Perlen-Sträuch / solche hin und her geschmissen
In der Thäler tiefsten Grund / auf der Berge höchste Gähe /
In die Wälder / in den Sand; daß ein jeder klärlich sehe /
Wie die ungeheure Fluth überdecket Bäum und Laub /
Ubergossen alle Berg / überschwemmet Stein und Staub.
Er vermischte mit dem Schlamm vieler tausend wilder Thiere
Die Gebein der Adams-Söhn; Elephanten / Wallfisch / Stiere /
Was auf grüner Erden stund / was sich regte in den Wellen /
Was sich nährte in dem Fluß / Hechte / Karpen / Krebs / Forellen /
Und was sonsten blieb zurück / must mit Kieß vermischet seyn /
Und durch stillen Lauff der Jahr sich verwandelen in Stein.
Dieser Wahrheit vesten Grund und untadelhaffte Zeugen /
Denen alle Zweiffeler müssen Hertz und Meynung beugen /
Zeugen / die den Wasser-Guß / so die gantze Welt erträncket /
Uns erweisen Sonnen-klar / dieses Buch / Dir LESER / schencket;
Sehe Blat von Blat nur durch mit erstauntem Aug und Muht.
Du auf jedem sehen wirst / Zeugen von der Sünden-Fluht
Oder Spiele der Natur; welche von Vulcan erhitzet /
In dem Wunder-vollen Schooß solcher Wunder viel besitzet /
Du wirst sehen Meuschel / Stein / runde Sternlein / Ammons-Hörner /
So gantz glatt und eben sind / oder spitzig gleichwie Dörner /
Fisch / so Steine worden sind / und was sonsten die Natur
Bringt hervor so mannigfalt und von seltsamer Figur.
Du wirst sehen / was die Berg / was der reiche **Hessen**-Boden
Wunder-würdig bring herfür / mit wie vielen frembden Moden
Die bereichte Vesta prang' / und sich herrlich schmück und ziere /
Ja der Kunst-erfüllten Hand eines Dædali braviere.
Wo du alles hast gesehen / preyse Gottes Wunder-Hand /
Danck **Herr Wolfart** Dessen Fleiß solche Wunder-Macht bekandt.


Dem



B. L. S.

INjuriæ inexpiabilis se se reos reddunt illi, qui rerum Naturalium Contemplationi, futilis & inutilis subtilitatis aspersa labe, Republica literaria prorsus interdicunt; stolida ac scelesta sua cum ignorantia tum insolentia inique æstimantes ingens ac excellens hoc divinæ gratiæ donum, nec animadvertentes, quam multiplices & utilitatis amplissimæ, & Jucunditatis suavissimæ omni vitæ generi ex ea redeant suppetiæ, quæ argumento & augmento non tam cognoscendi Creaturam, quam ipsum Creatorem, Deum omnipotentem optimum Maximum, mortalibus esse possint. *vid. Rom. cap. 1. ꝟ. 20.*

Facessat proinde rusticum C. Valerii Licinii ad stivam nati, ad aratrum educati, à rusticaria lege desumtum gnoma: Pestis Reipublicæ literæ. Laurum non meretur, qui artium liberalium Magistros propulsat. Consenescat cum coronato hoc vertice inter sarcula & ligones, qui literarum studiosos virus & venenum civitatum appellat. Cœcutit nimirum scientiarum osor, ut sanum non formet judicium, & Aristotelis censuram confirmat: Literarum expertem etiam videntem non videre. Stat sententia Regis Alphonsi in Regem, literas Literatosq; extra aulam condemnantem: *Hæc vox bovis est, non hominis.* Merito nobis proinde gratulamur summopere, quibus contigit esse adeo felicibus, ut sub CAROLO Nostro, uti Summo, ita Gratiosissimo, non modo fruamur sub ficu & vite nostra alma pace, sed & ipsa & Ecclesiæ & Musarum Halcyonia spirare suavissime quotidie experiamur; quemadmodum inter alia testatur biga illa Hassiæ nostræ Inferioris omnis elegantioris literaturæ celeberrimorum seminariorum, Marburgum videlicet & Rintelium, in quibus hoc ipso die illa percipiuntur, quæ ad veri Dei agnitionem eos deducunt, quorum opera Deus in gubernanda Ecclesia & Republica aliquando uti decrevit. Cùm enim Serenissimus noster Princeps optime sciret, id præprimis Magnatibus muneris & oneris concreditum atq; datum esse, opus Domini sine intermissione ut faciant, ejusq; domum exædificent, quando Esa. XLIX. 23. Populo Dei hæc dulcissima ac gratissima sit promissio: Et erunt Reges Nutricii Tui, & Reginæ eorum Nutrices Tuæ. Hinc etiam per universam Hassiam nostram dulcissimam viros disseminavit in scriptura æque ac reliqua literatura, pollentes, ipsisq; larga salaria & commoda hospitia extrui atq; porrigi gratiosissime, plusquam sane paterno affectu, hactenus curavit. Cujus zeli vere divini jam ante novem annos egregium cùm documentum tum fructum, experiri & sentire nobis licuit quando SERENITATI SUÆ Clementissime placuit, in hac sua Ditione & Metropoli, Hassiæ nostræ Regina, generoso plane ausu, Collegium quoddam Illustre, eum fortassis in fi-

nem, ne tot Nobilium aliorumq; diſcendi cupidorum Flos inſignis opus haberet opes ſuas ad exteros efferre & è longinquo petere, quod in promptu esſet, per Ciceronem noſtrum Caſſellanum, Virum Nobilitate Generis ac dignitatis ſplendore Illuſtrem, Dominum Juſtum Hermannum Vultejum, Conſiliarium Regiminis & Vice-Cancellarium meritisſimum, gravisſimum, ſolemni ritu aperire & inaugurare, eiq; nonnullos doctores præficere, factoq; ipſo ſic comprobare, ſe verum eſſe Eccleſiæ Nutricium & fidelem in domo Dei ſervum. Quando igitur B. L. & mihi numerum docentium ex ſingulari & prorſus immerita gratia ingredi conceſſum fuit, ſpes me vana haud lactat, non indigne quid me facturum ſi ſpecimen diligentiæ meæ privatæ, publicorum ſiquidem laborum hactenus varias valvis Eccleſiarum affixas vidimus tabulas, aliquod in præſentiarum edam; ſicq; ad minimum doceam, mihi non tam voluntatem, quam potius fœcundam occaſionem fortasſis ſæpe deeſſe ſtudioſæ Juventutis progreſſus porro promovendi. Cogitanti autem mihi in qua materia vires meas potisſimum periclitarer, in mentem opportune recurrebat promiſſum illud in opuſculo paucarum paginarum brevi ante meum abitum ex Patria Civitate Hanoica factum, me obſtringens ad continuationem explicationis magni iſtius fertilis Naturæ libri toties, quoties ſe trudat occaſio opportuna, quod etiam Deo benedicente effectui dare tunc demum intermittam, quando hic ſpiritus hos regere recuſabit artus. Animare porro egregie me poteſt ad propoſitum hoc indefeſſe proſequendum benigna gratisſimaq; mihi vocatio ad Illuſtrem Academiam Cæſaream Naturæ Curioſorum, qua me dignatus eſt Vir Per-Illuſtris ac Magnificus Dominus Doctor Lucas Schrœckius Societatis hujus pro tempore Præſes meritisſimus, Fautor ac Patronus meus ætatem colendus. Nam quemadmodum honorem hunc ultra vulgare decus merito colloco, debitasq; ea propter, id eſt immortales, ago gratias, ita ſanè nihil in votis habeo magis, quam ut Tanti Viri benevolæ expectationi atq; fidei implendæ ſufficere, reliquisq; Excellentisſimis Dominis Collegis dignum me ſemper ſocium exhibere posſim, cum vero de hoc deſperare me ſinat conſcientia meæ tenuitatis, obnixe rogo æqui boniq; conſulant mea molimina, cogitantes, ſi non omnia iisdem ſtatim in ſummo perfectionis gradu aſſecutus ſemper ſim, ſufficere tamen ſi laborem ut aſſequar. Mihi in magnis voluiſſe ſat erit, præprimis ſi nunquam me otioſum, prout habet aureum illorum ſymbolum, opere potius, quam prolixis verbis phaleratis comprobavero ſemper. Et cum juxta commune dicterium oculi plus videant quam oculus, humanisſime omnes ac ſingulos, quibus cordi eſt aurei ſtudii promotio, invito, ut Conſilio & Auxilio ſuo me in ardua hac re juvare velint, nulli dubitantes, quin ſic hoc ſtudium, juvenilem ætatem jam egreſſum, ad virilem ſtatum porro facile deduci queat, ſic enim alii, qui intimius rerum perſcrutantur naturam, cauſam procul dubio indagabunt, quam tamen captum humanum transſcendere inique antea putavimus. Ita noſtra ætas multa vidit, quæ antiquitas vel prorſus ignoravit vel quaſi per transennam tantummodo conſideravit. Imo ipſa poſteritas aliquando, quæ nobis adhuc crucem figunt, felicius ſuo tempore reſolvet. Imprimis autem ulteriores meos auſus egregie promovebit ſumma Auctoritas, qua pollet CAROLUS Noſter Magnus, Curioſorum & Liberalium Principum facile Princeps, cujus Gratia & Nutritio Favore unice adoleſcere ac ad ſtaturæ juſtæ culmen eniti poterunt. Sub hujus ſiquidem clypeo felicisſime in futurum ſuperare potero omnia obſtacula privato alias inſu-

ſu-

ſuperabilia, ut enim alia altisſimi nunc ſilentii involvam peplo, nam nolo irritare crabrones, plurimi privatorum ſumtuum ſive metu ſive penuria a laudabili artes & ſcientias promovendi conatu deterrentur. Non libet ad hoc probandum ire per exempla, cum metuam, ne prolixa eorundem corraſione nauſea creetur Lectori, ſufficiant proinde loco omnium duo celeberrimi Lithographi, unus Anglus Eduardus Luidius, alter vero Helvetus Johannes Jacobus Scheuchzerus, qui nunquam ſine ſumma difficultate conquirere potuiſſent Patriæ ſuæ lapides curioſos, hosq; deinde deſcriptos typis mandare, niſi id præſtitiſſent munificentia Procerum nixi. Audiamus utrumq;, & priorem quidem in præfatione Ichnographiæ Lithophilacii Britannici ingenue id confitentem his verbis: Scias enim (Lector benevole) quosdam Cambriæ Nobiles cum aliis nonnullis iisdem ſtudiis faventibus (rara quidem munificentia & quæ longe eruditioris viri induſtriam compenſare poſſet) ſalarium nobis annuum per quinquennium ſubſcripſisſe, eo nomine, ut hanc Regionem aliasq; nonnullas peragrando &c. nonnulla Naturæ curioſa inveſtigarem. Neq; prætereundum, quod eorum generoſæ munificentiæ debeantur, quæcunq; cum ad æſtuarium Sabrinianum, tum per univerſam Cambriam, aut alibi locorum cis Sabrinam & Devam amnes, inventa præſens recenſeat libellus. Alterum vero in præloquio ſpeciminis Lithographiæ Helveticæ curioſæ idem deprædicantem: Accipe, Lithophile fragmentum Hiſtoriæ Naturalis Helveticæ; cui condendæ omnes impendam ingenii vires, ut expectationi Amplisſimi noſtri Magiſtratus reſpondere queam, cui placuit hoc meum propoſitum Authoritate publica ſuffulcire, commendare, & proin inſigniter promovere. Id enim plurimum facilitare poteſt curioſi intentionem, ſi ipſi integrum eſt ipſa adire loca, in quibus Natura quaſi divitias ſuas abſcondidit, omnesq; horum circumſtantias, quarum minima totam ſæpe rem variare & plus utilitatis lucisq; ſcientifico unius horæ ſpatio affundere poteſt, quam ſi hic per integrum luſtrum domi illas potius meditationibus ſuis Cathedralibus, quam has ad Naturæ ductum ordinarium accommodare intendat, ea qua decet cautela & circumſpectione luſtrare, rimari & examinare. Habet profecto & interior mundi facies Regiones ſuas non minus viſu & admiratione dignas. Habet tot urbes civitates & oppida, quot ſubterraneos meatus, ſpecus & divites mineralium numerat fodinas. Si per has peregrinari curioſo Naturæ lynceo oculo liceret, quam non dives eruditionum voragine mens inde rediret. Agnoſcit inter alios utiliſſimam hanc ex Naturæ ſedula inſpectione deſumtam ſcientiam, ejusq; præſtantiam præ Scholaſtica & Vulgari dignis encomiis extollit Antonius ille Eremita, quando ſciscitantibus, cur paucos ac prope nullos apud illum conſpicerent libros? reſpondit: Hæc mundi ſpectacula ſic animi ſui deſiderium explere, ita mentem reficere, ea præbere documenta vivendiq; præcepta atq; inſtitutiones tradere, ut multorum librorum vicem ſuppleant, nec magnopere eorum adminiculo indigeat. Quodſi interim B. L. perſpicies me in delineanda Hiſtoria Naturali Hasſiæ inferioris ſubinde adhuc ceſpitare, cogites velim me hac vice de ea tantum ſcripſisſe ſimpliciter & carptim, dabit, ut ſpero, Benignisſimum Numen, cujus gloriam unice in arduo hoc negotio pro objecto habeo, ut provectior ætas etiam maturiores & copioſiores advehat obſervationes quibus hæc emendari, augeri & in apricum dilucidius deduci queant, ego ſiquidem nullus dubito, quin Hasſiam noſtram decenter rimando multa curioſa adhuc ſimus detecturi, quorum cognitione ob ſupra levi ſaltim digito tacta impedimen-

men-

menta hodie caremus. Et licet ignotum mihi minime ſit, ante me jam alios clarisſimos & multo rerum uſu Expertisſimos Viros vel ex profeſſo vel ex parte in hacce palæſtra deſudaſſe, quales ſunt Excellentisſimus Dominus Doctor Valentini Anteceſſor Gieſſenus in Prodromo Hiſtoriæ Naturalis Hasſiæ, Clarisſimus Doctor Mangold Medic. & Phyſic. Profeſſor Ordin. in Illuſt. Haſſo-Schaumburgica Academia in Oration. Inaug. de Beneficiis Hasſiæ noſtræ Naturalibus. Celeberrimus Doctor Grau Medicus Caſtrenſis amicusq; noſter ſingulariter Colendus in Diſſertatione Inaugurali de Salubritate Hasſiæ. B. noſter Winckelmannus in Chron. Hasſiæ, & alia ignota mihi nomina, cum tamen, ut ſæpius nunc notatum, nihil ſimul inventum & perfectum ſit (ipſa me convincente fida illa fatuorum æque ac ſapientum Magiſtra Experientia, tum quotidie fere, hactenus nemini ex popularibus noſtris foſſilium varia genera horumq; variæ ſpecies ante hac cognitæ, fuerint detectæ, ut ſupplementum exinde erudito orbi fortasſis non omnino, ſi cætera erunt paria, futurum ingratum, promittere queam) omnium ſiquidem rerum principia ſunt parva, & ſuis progresſibus uſa augentur, hinc etiam confido me facile veniam impetraturum, ſi ex eorum ſcriptis nova quaſi meſſe hanc ſcriptionem meam interdum locupletem, & interdum propria mea experientia confirmem. Sufficere poſſe puto talionis loco, ſi pro data occaſione illorum mentionem faciam, ut etiam par eſt, a quibus unum alterumve mutuo accepi, quo ſic non meæ tantum ea de re, ſed & publicæ gratiæ ipſis merito agantur, quemadmodum inter alios præprimis me obſtrictum profiteor, ob fidelem informationem & variorum Naturalium communicationem, Clarisſimo Domino Zumbio rei Metallicæ Inſpectori Supremo. De figuris L. B. Te ſcire volo, tuasque idcirco una cum peritisſimis delineatoribus & ſculptore gratias expecto, eas me ſumma diligentia (abſit invidia dictis) ad ipſos lapides ſine omni fuco & pompa depingendas curaſſe, cum ſæpius res ipſas verbis ſatis exprimere haud potui. Figuræ verò deſcriptionibus magno adjumento ſunt, ſiquidem hac ratione ipſæ res, velut in conſpectum noſtrum productæ, memoriæ & intelligentiæ magnopere ſubveniant. Si tandem tractatulo grandiloquentia deſit & Phraſis Oratoria, minime illud mirandum eſſe puto, cum hic non agam Pædagogum, ſed Phyſicum, cui Rhetoricari vix licet, cum teneatur hic potius Naturali rerum evolutioni, quam prolixæ & eruditæ verborum concenturiationi, ſtudere. Placeat proinde ſtylus meus humilis & repens, atq; ſi quid minus proprie & venuſte dictum alicui videatur, benigne me corrigat. Quando enim humaniter quis me correxerit, ipſiq; placuerit meliora me docere, efficiam ego, ut licet erroris me convicerit, pertinaciæ tamen me accuſare minime posſit, quandoquidem non ambitionis ſtudio motus, ſed unius (repeto) gloriæ divinæ propagandæ & veritatis inveniendæ deſiderio excitatus ratiocinia mea candide & ſincere communico. Illi vero, qui, licet his plane non innutriti ſint, tamen audacter, quicquid in buccam venerit, non erubeſcunt impurisſimo ore effundere, audient illud Apellis poſt tabulam: NE ULTRA CREPIDAM. Vale, & ſi placuerit, fave.

Nach

Nach Standes Gebühr geehrter Leser.

GEgenwärtiger Erster Theil der Hessischen Natur-Geschichte stellet sich deßwegen deinem vernünfftigen und unpartheylichen Urtheil dar/ damit der Verfasser durch die emsige Nachfrage desselben/ als ein ohnfehlbares Merckzeichen möge versichert werden/ ob seine fernere unter Gottes und seines Hohen gnädigsten Landes-Fürsten Gnade und Beystand vorhabende Fortsetzung und vollständige Außarbeitung des gantzen Wercks werde angenehm seyn/oder nicht. Wo etwas zu erinnern und zu verbessern/ wird man dasselbe mit grosser Dancksagung gantz gerne annehmen. Es hätte zwar hier und dar noch vieles können angemercket werden/ zumalen was den Hauptzweck von dem wahren Ursprung der in dem Ersten Theil verhandelten Cörper angehet/ weilen aber die Außarbeitung und Herraußgebung über Vermuhten etwas verzögert/und binnen dieser Zeit verschiedene sehr gelehrte Männer/ deren ein Theil auch bey Gelegenheit sind angezogen worden/ auß dem Grund diese Arbeit außgefördert. Als ist für unnöhtig erachtet worden/ solches alles von neuem zu wiederholen. Es kan demnach/ wer hierin etwas weiters wissen wil/ sowol in Teutscher als Lateinischer Sprache sich bey diesen gnugsam informiren. Diese beyde Sprachen wird man ebenfals bey dem gantzen Wercke gebrauchen/ damit sowol Außländer als Einheimische dessen sich mit Nutzen bedienen können/ indessen sich gar nicht binden lassen/ ob in einer und der andern eine gäntzliche übereinstimmung seye oder nicht/ indem die Intention dahin nur gehet/ um wo nicht allen/ dennoch den meinsten curiosen Gemühtern hierunter nach Vermögen zu dienen. Gehab dich wohl.

I. N. J.

PRÆLIMINARIA
DE
Ratiociniis nonnullis in Praxi fundatis.

§. I.



Ulta occurrunt in rerum hac universitate miranda, & quæ videntium vel audientium animos reddunt tenentque attonitos. Ita ut merito cum Davide, operum Dei admiratore summo, attenta fixaq; contemplatione obstupefacti exclament: Quam magnifica sunt opera tua Domine! omnia sapienter perfecisti, impleta est terra possessione rerum tuarum. Psal. 103. Inter quæ non infimum sane sibi vendicant locum tot inter se variantia diversorum Fossilium varia genera, omnibus fere temporibus, in omnibus mundi angulis & locis, supra terram & infra hanc in speluncis ac cavernis terræ, inq; fluminibus aquarum obversantia. Quæ, cum non modo rerum Naturalium extra consuetam matricem rarissime existentium figuras exactissime induant, sed & eadem principia mixtionis in ultima analysi agnoscant ac exhibeant, hinc etiam jure meritoq; pro talibus a cordatioribus Physicis hactenus sunt habita, & judicantur hodienum.

§. II.

Ita per totam Hassiam nostram Inferiorem inveniuntur talia Fossilia, quæ corpora Naturalia non tantum genere, sed & specie, multum differentia Marina v. g. Terrestria &c. ea exactitudine, iisdem principiis mixtionis, omnibusq; reliquis notis characteristicis, arguunt & referunt, ut vel maxime Oedipo opus sit, qui illa aliunde, quam ex Familia Marinorum vel aliorum corporum, casu quodam tristi huc delatorum, derivare audeat.

§. III.

Mare aliquando extitisse ibi, ubi nunc hæc nostra existit Hassia, apud nullum Auctorem profanum hactenus vel unicum saltim apparuit vestigium,

§. IV.

Interim in sacris literis per divinum Historicum & Geographum Mosen expresse memoratur, fuisse aliquando cataclysmum quendam universalem, quando Gen. VII. vs. 19. & seqq. ita scribit: Invaluerunt autem aquæ supra modum in terra, opertiq; sunt omnes Montes excelsi, qui fuerunt sub universo cœlo. Quindecim cubitis invaluerunt aquæ superne, ut operirentur Montes, & exspiravit omnis caro, quicquid erat, in cujus naribus spirabat flatus vitæ. Nemo vero à me exspectet, ut in examinando hoc textu falcem furtivam mittam in Messem Theologicam, cum ad minimum, illum ex asse Physice verum esse sim omnino persuasus.

§. V.

§. V.

Annon proinde melius faciemus, si videntes ejusmodi corpora marina, terrestria &c. locis a mari longissime dissitis, summis nostræ Hassiæ Alpibus harumq; consectariis vallibus, non esse quoque denegata, recurramus potius ad inundationem talem universalem, quam, vana spe melioris explicationis inveniendæ delusi, fingamus quandam, nondum fundatam tamen, aquarum illuviem particularem, inertem terram Margaceam, ingeniose excogitatam seminis alicujus vim plasticam, vel ridendum lusum Naturæ, novos fœtus Archei subterranei, qui ita artificiose structuram animalem imitetur; cum prior sententia in sacris paginis, in sana ratione ac experientia sit fundata; Judicent mecum omnes boni a partium studio omniq; philautia, horrendo illo monstro, prorsus alieni.

§. VI.

Non omnem ad minimum impudentiæ notam subterfugere illi mihi videntur, qui scriptoris alicujus, sive profani sive sacri, fidem dubiam reddere satagunt, vel odio vel inscitia quadam eo adducti, quamvis contrarium probare minime valeant. Imo cum, Cicerone teste, historia sit lux veritatis, temporum custos, vita & stabilimentum memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, in qua omnia describuntur ornate & copiose, summaq; ut par est NB. fide ac veraci rerum gestarum narratione, valde sane vereor, ut nonnulli haud infimi alias subsellii Philosophi in Creatorem suum injurii fiant, quando ea, quæ in sacris Bibliis historice nobis communicantur, in alium sensum detorquere satagunt, proterve regerentes, se eam ob rationem admittere talia pro veris haud posse, cum rationis suæ limites transcendant. Ast abi mi bone! ad Logicorum subsellia, & rimare, cujus energiæ sit hæc consequentia: Non vidi, ergo non est; Non credo, ergo est falsum; certe defectus sæpe est in intellectu nostro, ubi nullus in Natura; nec unumquodq; individuum rationis suæ decempeda immensos Naturæ campos emetiri valet. Meliorem itaq; mentem ejusmodi Philosophis ex animo precor, ne dum solliciti sunt de veritate oraculorum divinorum, turpi Atheismo viam sternant; commendo ipsis summopere illud Paulinum: Rationem sæpe esse captivandam. Credant ejusmodi rebus hanc veluti tesseram esse appensam: *Manum de Tabula.* Quodsi vero nihilominus perseverent ea, quæ in sacris paginis docentur, naso suspendere adunco, Auctor essem, ut tale hominum genus, ceu pestis & sentina Reipublicæ, omni molimine rescindatur, ne venena ejus latius serpant, &, quod in triviis obvium est proverbium, obtineat, pars sincera quoq; trahatur.

§. VII.

Verum enim vero non omnia fossilia figura quadam speciali donata & sub Terris sepulta statim a me pro diluvianis recipiuntur, sed & hic maxime judicio opus esse censeo. Sic enim dantur quam plurimæ conchyliorum, imo aliorum corporum naturalium horumq; partium tantum apparentes Imagines.

§. VIII.

E contra si quædam nova a nobis detegantur ad certam speciem non statim referenda, minime putandum, ac si illa ex modo allegatorum familia prorsus sint excludenda, sic e. g. dantur quam plurimæ Conchæ Marinæ, Pelagiæ ideo dictæ, quoniam in conspectum nostrum nunquam venire solent, nisi urinatorum auxilio foras quandoq; protrahantur, a littoralibus, altum mare non nisi rarissime petentibus, multum diversæ.

§. IX.

§. IX.

Et cum hujusmodi fossilia figurata una cum aliis rebus naturalibus, durissimis nunc existentibus lapidibus, tanquam totidem feretris inclusa frequentissimè offendantur, nec rationi nec Experientiæ prorsus reclamabit, qui concipiet in strage illa calamitosa ac universali integrum terræ Globum, si non quoad interiorem, tamen quoad exteriorem sui constitutionem, discerptum quasi & in frusta resolutum fuisse, ita ut tunc temporis materia hodiernorum lapidum, Marmorum aliorumq; solidorum, nostro ævo fossilium, ad superiorem aquarum superficiem delata, ibidemque una cum testaceis Marinis aliisq; animalium ac vegetabilium corporibus, usq; ad insecutam subsidentiam Naturalem, sustentata, stratorumq; varia dispositio sic producta fuerit.

§. X.

De stratis Hassiacis tractûs præprimis Deutensis sequentia refert in pereruditа sua coralliographia subterranea §. XXI. pag. 55. Büttnerus Clarissimus: Neq; hoc reticendum, quod Nobilissimus ac Politissimus Dn. Mich. Reinhold Rosinus, Mündensis Hanoveranus, me non ita pridem peramanter salutans, de stratis Hassiacis tractûs Deutensis, non procul Cassellis, autoptes commemoravit. Superficies montosa ac limosa est supervestiens stratum petricosum albidum conchyliis contusis & laceris refertum. Sub hoc arena flavida reperitur, compluria conchylia, aliaq; marina, etiam crustacea, in specie echinos marinos delicatiores, dentes Carchariæ seu Lamiæ, vulgo Glossopetras, nec non corallia subrubra exhibens, contegensq; simul ex eodem eluvionis fato aliud stratum sabulosum conchyliis diversæ magnitudinis commixtum. Infra hoc, in saxo martiali, vulgo Braunstein, echini marini aliaq; marina, tandem idem saxum, sed solidius ac sine marinis inveniuntur. Quod veritati plane conforme esse ipse sæpius Terram istius loci effodiendo sum expertus.

§. XI.

Sequitur proinde ex his Terram nostram, quam jam incolimus, nihil aliud esse, nisi Massam quandam maxime Heterogeneam, conflatam ex arena, Terra lutosa, Conchis, Metallis, lapidibus, carbonibus & sexcentis aliis. Egregium hujus assertionis fundamentum subministrantibus non modo tantum præcedente, sed & aliis diversis Terræ & Lapidum stratis, imo ipsis corporibus Naturalibus eo ordine his intertextis, ut observent quævis exacte, quantum quidem in Mixtura tali confusa fieri potuit, stationem specificæ cujusvis gravitati convenientem, id est graviora profundiorem, leviora è contra sublimiorem situm occupent; conferatur Vale Hanoviæ §. XIX. & XX. Quæ quo clariora evadant per partes curioso Lectori communicabimus Telluris nostræ Hassiacæ delineationem, hujus primæ quidem partis initium facturi recensione potissimum lapidum, horumq; occasione mineralium nonnullorum figuratorum æque ac certa quadam figura destitutorum. De prioribus generaliter notando: (1) Illorum genesin. (2) quibus destinentur usibus & (3) denique, quisnam sit cujusvis locus natalis, quo sic a quovis curioso, dummodo ipsi volupe sit loca indicata adire, facili marte nunc depromi & colligi queant. Minime interim morabor prolixas lapidum divisiones, ab aliis Authoribus jam traditas ad nauseam usq;, non enim animus mihi est universalem lapidum texere historiam, sed saltim nostratium; quos in pretiosos, seu gemmas, & vulgares, utrosq; vero iterum pro juvando intellectu nostro nonnullis Tabulis dividimus: Esto igitur

CAPUT

CAPUT PRIMUM

ſiſtens

HASSIÆ INFERIORIS LAPIDES PRETIOSOS.

qui ſunt:

vel {
Opaci, uti ſunt: Jaſpis, Achates, Carneolus & Sardonyx, quorum aliqui ab aliis etiam inter diaphanos recenſentur.
Diaphani, qui ratione colorum iterum ſunt. {
Albi velut } Adamas.
Flavi ſicut } Hyacinthus.
Cœrulei veluti } Sapphirus.
}
}

§. I.

Deo abſtruſa cauſa lapidum conſtitutiva judicata ſemper fuit Antiquioribus Naturæ ſcrutatoribus, ut animum penitus deſponderint & cum Scaligero exclamarint: Nomina tu mihi lapidis formam, & Phyllida ſolus habeto. Aliter longe ſentiunt Moderni cordatiores, quando ad geneſin lapidum reſpicientes non dubitant adſtruere omnium ac ſingulorum lapidum, ſive pretioſi illi demum ſint, ſive vulgares, unam eandemq; non tantum primam & remotam, ſed ſecundam ſeu proximam, cauſam exiſtere efficientem, ita tamen, ut illorum principia interna paulo ſint ſubtiliora, horum vero vice verſa paulo craſſiora. Reliqua lapidum, qua talium, attributa, non niſi accidentalia ſunt.

§. II.

Definimus lapides, quod ſint Mineralia dura, compacta, in aqua non ſolubilia, nec in igne facile fuſilia, è ſucco terræ acido, cum aliis partibus heterogeneis, terreis, Salinis, Sulphureis & Metallicis in durisſimam ejusmodi compagem concreto & coagulato, orta, ita ut, licet malleo contundi & diffringi, nequaquam vero inſtar metallorum liquari vel diduci queant.

§. III.

Tria vero in formatione lapidum nobis erunt attendenda mixtionis principia: (1) Succus Salino-acidus in convenienti vehiculo aëre v. g. vel aqua ſolutus. (2) Materia terreſtris pinguis & mucilaginoſa. (3) Partium terreſtrium proportionata configuratio & coaptatio. Primum Symbolam ſuam confert ad lapidum duritiem, gravitatem & quandoq; eorundem formam; Secundum colorem, diaphaneitatem vel opacitatem iisdem conciliat. Tertium deniq; concurrit ad lapidum vel firmitatem, vel friabilitatem.

§. IV.

Quo vero partes lapidum eſſentiales eo melius ſe invicem penetrare, ſicq; intimius miſceri, conjungi ac coaptari queant, neceſſe plane eſt, ut plurimæ ha-

rum, si non omnes, in principio fuerint in fluore & motu constitutæ, quo ita postmodum in massam fixam eo melius & firmius coire ac concrescere possint. Quod quidem, præter alia, gemmarum pelluciditas satis evidenter evincere posse videtur, quæ sine conceptu præexistentis materiæ fluidæ a nemine facile concipietur, ut jam alia, brevitatis ratione, silentii sipario involvamus argumenta non persuadentia, sed ad fidem dictis dandam cogentia, qualia præbent variæ res solidæ, variis lapidibus vulgaribus æque ac pretiosis inclusæ, quod profecto omnino impossibile foret, nisi horum materia constitutiva in principio fuisset fluida.

§. V.

Posito itaque in apricum, materiam lapidum constitutivam momento primo fuisse fluidam, facile nunc dijudicari poterit, quomodo spiritus ille Catholicus Salino-acidus, per universam terram in prima creatione à sapientissimo Creatore diffusus, atq; vehiculo suo convenienti imprægnatus ac præparatus, toties quoties invenit materiam aptam, ipsique facile ingressum permittentem, generationis lapidum alias satis abstrusum negotium facilitare & promovere queat. Cum enim Sal ejusmodi acidum constet ex particulis valde irregularibus, rigidis & hamosis, aliter fieri non potest, quin ingressum materiam, ad cohæsionem valde pronam, eandem simul subigat, sibiq; uniat, atq; hoc modo ad coagulationem omnino disponat. Pollicem nobis ad hanc ponendam genesin egregie premunt haud pauca ingeniosa Modernorum experimenta, quæ breviter sic accipe: Lapides generantur (1) Potissimum in locis Salinis, & è materia Salina proveniunt; quemadmodum etiam Tartarus vini & Calculus humanus in corpore tunc demum generantur, quando partes terreæ mucilaginosæ, plicabiles à Salinis acidis tam copiose colliguntur, ut in poris liquorum suorum amplius contineri nequeant, sed ad latera præcipitentur, ibidemq;, absumpta reliqua sensim humiditate, in concretum ejusmodi lapidosum abeant. Notum (2) est, vel Pharmacopœorum etiam famulis non ignotum, experimentum, salia, è plantis aliisq; parata & humore quodam soluta aëri humidiori exposita in Crystallos abire, longe quidem elegantiores & solidiores, si iisdem Spiritus acidus aspergatur. Sic Robertus Boyle per aspersionem pulveris subtilissimi, in puncto Crystallisationis factam, lapillos siliceos prodire observavit. (3) Cornua, ossa, testæ ovorum, aliaq; solida suam concretionem à Sale habent; Indeq; in resolutione Chymica tam copiosum Sal præbent: Sic calculus humanus, Tartarus & similia destillata dant Spiritum acidum, relicto capite mortuo friabili, quibus si idem acidum reaffunditur, novum coagulum oritur, & æque ac testæ ovorum aliaq; calcinata per Spiritum Salis affusum rursus lapidescunt. Vid. Celeberrimus Wittenbergensium Professor Doctor Vater, aliiq; ab eodem citati ingeniosissimi viri pag. 362 Physiologiæ suæ, experimentis & demonstrationibus Mechanicis, Chymicis & Anatomicis Illustratæ & confirmatæ. E contra non lapidescunt (4) Corpora Sale destituta, uti sunt cineres, à quibus Sal omne est separatum. Nec Sola materia terrestris (5) concrescere solet, nisi accedat Sal aliquod coagulans, uti probant muri & parietes, calce & lapidibus exstructi, longe durabiliores illis, qui ex lapidibus & limo tantummodo combinantur. (6) Omnem ulteriorem circa hanc genesin tollit dubitationem elegantissima Crystallorum productio, quæ in præparatione Arboris Dianæ, alias etiam Philosophorum dictæ, apparet, sicut bis cum summa admiratione paulatim avolante & evanescen-

nescente humiditate cernere mihi licuit. Præparationem ejus in gratiam curiosorum, prout mihi illa familiaris est, communico sequentibus. Rec. Lunæ finæ, unc. I. Mercurii more nostro depurati unc. VIII. Hæc solvantur seorsim in lib. I. circiter Aqu. Fortis. Porro Recipe Roris Majalis unc. XII. Huicque in vitro, ex basi latiori in contractiorem desinente, affundantur binæ solutiones calidæ, omnibusq; his ad finem perductis claudatur vitrum & ad quietem disponatur.

§. VI.

Quoniam autem materia constitutiva lapidum pro diversitate locorum valde discrepat, quatenus hæc, mox purior, mox impurior, interdum copiosior, interdum parcior in hac vel illa parte invenitur, modusque combinationis ideo non potest esse ubivis æqualis, necesse plane est, ut differentia quædam ratione prærogativæ pro diversitate harum circumstantiarum exsurgere inter illos debeat, ita ut nunc hic proveniant lapides pretiosi, alibi vero non nisi vulgares. Placuit Benignissimo Numini, Hassiæ Nostræ Inferiori utrisq;, præ aliis quam plurimis Regionibus, gratiosissime abundanter prospicere, quos seorsim ea, qua poterimus dexteritate, & priores quidem ad ductum Tabulæ præmissæ, pro nunc dispiciemus.

§. VII.

Stant in opacorum acie Jaspis & Achates, quorum ille est lapis durus, nitens & varii admodum coloris, quemadmodum nuper hujus septem elegantissima specimina nobis obtulit, colore singula differentia, Vir in scrutandis rebus Naturalibus solertissimus Dominus la Villette, Serenissimi Nostri Principis Gemmarius peritissimus, ex quibus tamen præprimis grata erat Jaspidis species mere alba, haud procul Schmalkaldia reperiunda. Usus hujus lapidis præcipuus est, ut inserviat elegantissimis statuis, integris columnis, parietibus aliisq; ornamentis exinde formandis, quemadmodum in mola nostra serratoria & sculptoria, in fossa castrensi à Potentissimo Nostro CAROLO ante nonnullos annos exstructa, cuivis Curioso non sine stupore, dignaq; tanto molimine admiratione, conspici potest. Notatu omnino digna sunt, quæ de hoc lapide ejusq; loco natali ita recenset Experientissimus noster Mangold. l. s. c. pag. 18. Neq; ulterius prætereunda silentio nobilis illa penes Francobergam, Serenissimo Nostro non immerito sibi dicata Gemmæ Splendidissimæ Jaspidis Lapidicina, Colore Carmisino cum variegatis albicantibus punctulis & striatis venis candidis se commendantis: Ex quo Magnus Noster CAROLUS, Dominus Noster Clementissimus Tablinum aliquod Principale sibi per curiosum quendam Lithoglyphum parari curat. Quod si ad perfectionis finem perductum erit, sic est Auditores, res erit, quam stupebunt Imperatores, admirabuntur Reges, imo miraculum Europæum salutari merebitur, soliumq; Salomonis Eburneum multis antecellet parasangis, etiamsi depuratissimo auro obductum. Colores, in Gemma nostra hactenus observati, potiores sunt sequentes: (1) Cervinus, Leberfarb, punctulis albicantibus interspersis. (2) Obscure rufus, dunckel roht, lineis intermixtis albis. (3) Intense ruber, hell roht, cum albicantibus & cœruleis venulis. (4) Niger, schwartz, cum flavis & albis punctulis. (5) Non nisi albus; omnibus tamen palmam præripere videtur, peculiare aliquod specimen, & quod nonnisi rarissime hodienum invenitur, in quo non tantum Sardonyx conspicitur verissimus, sed & tales venæ satis considerabiles observantur, ut cum Carneolo merito certare

queant.

queant. Quo vero ſpecialius curioſo innoteſcat cujusvis ſpeciminis locus natalis, candide communicabo, quæ in vernacula noſtra mihi de his aperuit Dominus Johannes Ludovicus Geyer verbis ſequentibus: (1) Der braune Stein oder Leberfarbe mit weiſſen Flecken iſt von dem erſten Jaſpis, ſo in Heſſen gefunden worden, und zwar in dem Ambt Kloſter Heina zu Leelbach, auf dem ſo genanten Pferds-Berg. (2) Der roht und weis mellirte Jaſpis findet ſich auch ohnweit Leelbach, auf dem ſo genanten Tilgeroht, allwo *Ihro Hoch-Fürſtl. Durchl.* durch Bergleute einen Schacht ſencken und Stollen treiben laſſen bis hundert Schuh tieff, alwo ſie dann einen Felſen gefunden, der je länger je ſtärcker gantz ſchnur ſtrack angewachſen, und allzeit ſtärcker geworden, alſo, daſs zu muhtmaſen, daſs kein Ende davon zu finden ſeye. (3) Der gantz rohte Jaſpis aber findet ſich in der ſo genanten Bernerd, iſt ein Wieſengrund gleich oberhalb dem Dorff Leelbach. Sonſten findet ſich eine gantze Stund rund um das Dorff Leelbach von allerhand farbigem Achat und Jaſpis. Der ſchwartz und weis mellirte Achat findet ſich gleichfals ohnweit Leelbach in einem Grund, in der ſo genanten unterſten Geſenge. Und iſt gleich bey dem Dorffe auf dem Felde ein Stück gefunden worden in der Gröſſe als eine Herings-Tonne, von ungemeiner Schönheit, worinnen ein rechter Sardonyx, und rohte Flecken, als der ſchönſte Carniol, zu ſehen geweſen. Der gantz weiſſe Jaſpis wird gefunden zu Schmalkalden gleich bey dem Dorffe Holeborn, auf einem hohen Berge, es ſind auch Stücker zu bekommen, die man kaum auf einem Wagen fahren kan. In der Graffſchafft Schaumburg um Rintelen findet ſich ein rechter heller durchſichtiger Achat an Kugeln, als wie ein Hüner Ey, auch einer Fauſt dick, hat eine grüne Haut, wie ein Achat ſonſt haben muſs, iſt aber etwas dunckel, welche aber tieffer in der Erden wohl heller und ſchöner fallen dörfften. Dieſe Steine NB. ſind allzumal durch den zeitigen Burgermeiſter und Achat-Schleiffer zu Franckenberg, Herr Johann Ludwig Geyer, nachgeſucht und gefunden worden, von welchem auch eine Achat-Mühle erbauet worden, auf welcher alle dieſe Steine ins groſſe gearbeitet und geſchliffen werden. Achates eſt lapis varii coloris, albi, nigri, rubri, variisq; ſæpe figuris, lineolis & circulis notabilis, e quo variæ res v.g. pocula aliaq; utenſilia fabricantur. Sarda definitur gemma obſcure Rubicundi vel Carnei coloris. Et Carneolus deſcribitur lapis ſiliceus colore ſuo carnem vel loturam carnis referens. Vocatur etiam alias Sardius ab Inſula Sardinia, ubi in copia reperitur. Interim quando hic varios lapides in uno eodemq; loco natali, imo, quod magis mirandum, in una eademq; maſſa continua ſepultos & immerſos conſpicimus, edocemur ſanè materiam lapidum conſtitutivam juxta §. præcedentem I. non niſi unam eandemq; eſſe, & totam differentiam tantummodo dependere à varia hujus diſtributione & ex hac reſultante varia textura.

§. VIII.

Lapides pretioſos opacos excipiunt Diaphani, colorum intuitu inter ſe pariter diſcrepantes, quorum anteſignanus merito ſalutari meretur Adamas noſter Hasſiacus, à duritie ingenti ita dictus, unde etiam optime definitur: Gemma omnium durisſima, purisſima & inſtar aquæ limpidisſima. Generatur hæc gemma è ſucco Salino limpidisſimo & inter alios lapides & ſilices concreſcit ordinario. Noſtri copiam nobis facit (1) Comitatus Schaumburgicus haud procul ab Alverdiſſen, unde mihi nuper tria egregia ſpecimina per

Gene-

Generosum Dominum von der Reck aulæ illius Magistrum supremum adjecta hac informatione transmissa sunt: Indessen berichte dass diese Steine ungefehr eine halbe Stunde von Alverdissen nahe an meines gnädigsten Grafen und Herrn seinem Grund und Boden theils in gepflügtem Lande, so einem Mayer zugehöret, auch theils deren auf meines Herrn Gebieth im Gehöltz die Egge genant, item in den Fuhrwegen, auch an dem Berge, die hohe Asche genant, gefunden worden; So ich selbsten, wann ich mit unsern Leuten auf der Jagt gewesen, erfahren und bezeugen kan. (2) Schmalkaldia nostra, & quidem famosus huic adjacens mons Carbonarius, de quo Excellentissimus Doctor Valentini l. s. c. pag. 16. ita disserit: E pretiosis Adamas agmen ducit, quem Carbonarius mons haud procul Schmalkaldia copiose gignit, qui duritie æque ac splendore Adamanti Bohemico adeo similis est, ut ovum ovo. Quoad figuram, quam Tab. I. sistit, communem illam habet cum reliquis fluoribus Crystallinis plurimis, & uterq; hexagonus est. Inveniuntur hi Adamantes frequentissime solitarie, uti supra jam dictum, rariores proinde illorum sunt Matrices, quarum tamen nonnullas hactenus impetravimus ab Amicis nostris, vid. Tab. I. illasq; etiam aliis curiosis passim transmisimus. Usum, præter ornatum, & ut in scobem malleo redactus inserviat aliis gemmis durioribus sculpendis & cælandis, nullum scimus præstare; quamvis enim sint, qui acriter defendunt Adamantem loco amuleti solum contra omnia venena & incantationes valere, imo præsente veneno madescere, nec non insaniam & insomnia terribilia arcere, mulieris Adulteræ capiti subditum eandem manifestare, amicitiam & favorem hominum conciliare; cum tamen nobis aliæ supersint rationes contrariæ, hinc ignoscant, si ipsis subscribere pro nunc recusemus, gressum nostrum modò parantes ad Hyacinthum & Sapphirum.

§. IX.

Est verò Hyacinthus gemma ex flavo rubescens & minii colorem aut Ignis æmulans, è succo Salino Martiali & Saturnino orta. Sapphirus è contra colore Cœruleo elegantissimo & diaphano maximè se commendat, atq; de Marte pariter multum participat, uti experientiâ constat, quòd interdum æque ac Granatus à Magnete allicitur. Reperiuntur ambæ frequentes satis ad pagum Nieder Mullerich, duobus milliaribus Cassellis distantem, in minoribus quamvis frustis, aliis siliculis & lapidibus litoralibus, quales

Ædera, quæ fulvas auro despumat arenas,

in alveo suo alias gerere solet, intersperſæ, ita ut me spes haud vana lactet, Hassiam nostram haud exiguam percepturam usuram ex diligentiori Thesauri sui, à benignissimo Numine sibi concrediti, inquisitione, dummodo opus porro promovere Serenissimo Nostro CAROLO gratiosissime placuerit. Ad minimum non opus habebimus apud exteros amplius has Patriæ nostræ divitias & prece & pretio ambire. Cætera Sapphirum veteribus in magno fuisse pretio, testis est Epiphanius; perhibentibus, legem à Deo, primitus huic inscriptam fuisse. Vires Hyacintho alias assignantur, quod cor corroboret & pestem fuget: Singulare quoque est specificum contra Spasmum & contracturas. Amuletum etiam habetur antipestiferum collo appensus aut annulo inclusus. Præparata, quæ in officinis prostant, sequentia sunt: (1) Hyacinthus præparatus. (2) Sal & Magisterium. Sapphirus dicitur gemma frigida & sicca adstringens, consolidans, Alexipharmaca, Cordialis, Ophtalmica. Proinde oculorum humiditates exsiccat, inflammationem arcet & extinguit (in colly-

lyriis adhibita aut butyro loto excepta palpebrisq; oblinita ſuperioribus.) Valet ad omnia alvi profluvia, dyſenteriam, fluxum hepaticum, hæmorrhoidum ſanguinisq; rejectiones (aſſumpta cum aqua plantaginis, tormentill. &c.) ulcera interna & vulnera ſanat, cor corroborat & lætificat, peſti omniq; veneno febribusq; malignis adverſatur: Cardiacos ac Melancholicos affectus quosvis lenit tollitq; (intus exhibita.) Integra Sapphirus fronti adhibita hæmorrhagiam ſiſtit, ac inflammationibus applicata eas extinguit. In orbiculum redacta piſi magnitudine ac perpolita oculis impoſita pulveres, culices, & quicquid in oculum deciderit aufert, oculos à variolis & morbillis tutatur. Præparata ejus uſualia ſunt: (1) Ipſa Sapphirus communi modo præparata, (2) hujus ſal, & (3) liquor ſeu oleum, vid. Theſaurus Pharmacologicus Johannis Schröderi lib. 3. cap. V. pag. 328. & 330. Sed audiamus coronidis loco, quæ de ſpecioſis hujusmodi remediis grandiloquo titulo tantummodo ſuperbientibus in aurem nobis dicat Celeberrimus Joh. Samuel Carl, in lapide ſuo Lydio Phyloſophico-Pyrotechnico pag. 118. Deteſtanda ſane eſt illa fatalis in medicina jactantia, qua multa, ſæpisſime ne quidem externo nitore aliquo ſeſe commendantia, hyperbolicis laudationum lenociniis mactantur, & per tales ſuperlativos titulos aliorum credulorum levitas decipitur.

CAPUT SECUNDUM

exponens

LAPIDES HASSIÆ INFERIORIS VULGARES SEU MINUS PRETIOSOS.

qui ſunt:

vel
- Nitentes, Marmor Alabaſtrum. Stalactites ſive Stillatitius lapis, Germ. Wallſtein, Tropfſtein Weiſenſteinenſis.
- Non Nitentes v. g. Rupes, Saxum arenarium, Saxum Limoſum, Tophus, Silex, Pyrites, Lapis Calcarius, Lapis Fisſilis.

§. I.

POſtquam in antecedentibus ſatis luculenter evici, materiam Lapidum conſtitutivam proximam nonniſi unicam, ac proinde ſingulorum differentiam unice petendam eſſe ex diverſo particularum concurrentium coalitu, cujus intuitu poſtmodum mox huic mox alteri ſpeciei adjudicantur, ordinis ratio poſtulabit, ut evolutis lapidibus pretioſis nunc porro animum applicem meum ad inveſtigationem lapidum minus pretioſorum. Hos præmisſa Tab. conſueto dividere volui in Nitentes & Non Nitentes.

§. II.

Nitentium lapidum primum pono Marmor, quod mihi audit lapis ſolidus, nitidus, maculis, ſtriis variisque coloribus celebris. Dividitur pro diverſitate macularum ſuarum in varias ſpecies. Noſtra ſpecimina, prout in ſe adhuc ſatis rara deteguntur, ita nonniſi alba hactenus illa comparuerunt. E-

ru-

ruuntur in ſylva, cui nomen, die breite Struth, haud procul Francoberga ad amnem der Nuhn-Strom, elegantisſimeq; à Marmorariis noſtris poliri posſunt, unde etiam potisſimus eorundem uſus mechanicus ſolum. Alias non infrequentem Marmoris prope Rotenburgum eſſe debere proventum colligo ex Winckelm. Chronolog. Haſſ. pag. 267. 268. & ex Diſſertat. ſupra Laudati D. Doct. Graui pag. 53. & §. 9. cap. 6.

§. III.

Pertinet etiam huc, mollius licet, Alabaſtrum circa Rotenbergam ad pagum Kunefeld ſcaturiens, quo pariter Sacellum Rotenbergenſe, Mauſolea Illuſtria & conclavia Principalia Stereuntii ſuperbiunt. Hinc paucos adhuc ante annos in arce noſtra peculiare erat conclave, ob varias artificioſisſimas ſtatuas aliaq; egregia plaſtarum opera in eodem conſpicua, das Alabaſter-Gemach dictum. Noſtrum frequentisſime album, interſperſis ſubinde venis rarioribus coloratis, & ita molle effoditur, ut non modo inſtrumentis ferreis acutis tractari atq; ſic varias metamorphoſes ſubire, ſed & inſuper tortura ignis in elegantisſimum gypſum converti posſit. Winckelmannus pag. 40. Gypſi præparatio heic Caſſellis ſequentem facilitatur in modum. Alabaſtrum primo contunditur in ſatis minutum pulverem, qui poſtmodum ferreo committitur lebeti prius percalefacto, hinc incipit calore per gradus aucto liquoris bullientis modo undulare, efferveſcere, &, quod viſu jucundisſimum eſt, non ſecus ac fluida alias igni admota facere ſolent, ſatis conſiderabilis quantitas vaporum aſcendit, tametſi nec ante, nec inter, nec poſt vehementem hanc ebullitionem Alabaſtri pulvis revera humidus fuerit. Quod ultimum experimentum non exiguam ſane lucem affundere poterit, præprimis cum grano ſalis applicatum, §. præcedente quarto cap. 1. datæ theoriæ fluiditatis primævæ lapidum omnium ac ſingulorum. Ab Alabaſtro nomen ſuum ſortitum eſt unguentum Alabaſtrinum, inſigne in cephalalgia & doloribus renum inflammatoriis remedium externum. Gypſum hoc non tantum adhibetur ad ſtatuas diverſaq; plaſtarum opera alia curioſa, ſed inſuper porro perutile exiſtit noto ſatis artificio nummorum rariorum typis inde formandis, quorum proinde intuitu curioſis admodum gratum eſſe ſolet.

§. IV.

Stalactites noſter Weiſenſteinenſis, germanis dictus Wall- oder Tropfſtein, generatur, quando copioſi imbres cadunt, quibus ſubſtantia tophorum permeatur, ſicque ab eadem ſubtiliora illorum ramenta margaceo terrea ac ſalino nitroſa abluuntur, quæ in pavimentum Grottæ, de qua jam egi in Inſtitutione mea Phyſica curioſa pag. 186. & 208. ſub forma aquæ limpidisſimæ deſtillant, ibidemq; tractu temporis, omni videlicet humiditate abſumta, iterum concreſcunt in ſubſtantiam lapideam albam, gravem, duram & aliquo modo ſplendentem. Talis etiam ſtalactites admodum copioſus eſt in antro illo mirabili ac famoſo, die Baumanshöle dicto, de quo vid. Hercynia curioſa curioſisſimi, dum viveret, D. D. Behrens.

§. V.

Faciem Hasſiæ noſtræ Inferioris quodſi conſiderabimus externam, in illa haud paucas reperiemus præruptas rupes & ſaxorum moles ingentes, aſpectu ſatis horridas ac ſubitaneam minitantes ruinam, ſecundum tritum illud σκατυρικόν:

Hohe Berg und tieffe Thal,
Find man im Land zu Heſſen überall.

De his autem alio tempore fuſius & ſpecialius agam.

§. VI.

§. VI.

Formantur vero jam dictæ rupes quoad maximam partem ex lapide Hasſiæ noſtræ vario Arenario, ſic dicto, quoniam videlicet combinatur ex mera Arena, in quam facile iterum reſolvi ac comminui poteſt, ita quidem, ut ex eodem reſoluto Arena, conſtans, ſi oculo examinetur admoto, ex meris nitentibus ſiliculis, ex his vero concretis lapis exſurgat. Et cum arenaria valde inter ſe differant ratione colorum, quemadmodum talia habemus lutea ad pagum Niederzweren, rubra ad pagum Hohenkirchen & civitatem Immenhauſen, alba inter pagos Knickhagen & Holzhauſen in monte Gatenberg & alibi, hinc neceſſario colligendum quoq; erit, ſaxa noſtra arenaria valde inter ſe invicem differre debere ratione conſiſtentiæ æque ac colorum. Omnium interim nota characteriſtica præter ſupra laudatas §. 2. cap. 1. præcipua hæc eſt, ut ſint aſpera & hinc poliri haud queant, quare cum habeant poros ſatis patulos, in quos calx ſe facile inſinuare queat, maximus eorundem uſus eſt in extruendis ædificiis & palatiis ſatis ſplendidis, quorum etiam haud pauca per unum alterumq; jam ſeculum citra lapidum conſiderabilem mutationem prioris venuſtatis ſteterunt. Interim ex his memorabile ſaxum peculiare eſt, quod conflatur ex arenis tenuisſimis, intermixtis micis argentum ſplendore æmulantibus, inſerviens exſculpendis ornamentis Ædium elegantisſimisq; ſtatuis.

§. VII.

Saxum limoſum admodum familiare quoq; eſt Hasſiæ noſtræ, reperibile videlicet in omnibus ejusdem lapicidinis. Nomen ſuum ſortitur ab eo, quod in limum ab humido facile ſolvi ſoleat, unde etiam recte tantum initium judicatur eſſe futuri ſaxi. Tales ſunt calcariorum lapidum haud pauci, ex quibus proinde res adnatæ, levi negotio iterum poſſunt ſeparari vid. Tab. IV. deſcriptio circa finem.

§. VIII.

Tophum appello lapidem illum mixtum, qui haud procul à Grotta effoditur Weiſenſteinenſi, ejusdemq; inædificationem facilitat, cum enim ob ſui mixturam ſaxorum diverſi generis patulos valde agnoſcat poros, non peccavero forte, ſi comparavero eundem cum topho Boety De Boodt Hiſt. Gem. & Lapid. pag. 255. quamvis diſparitas quædam adhuc ſit inter utriusq; ſpecificam gravitatem, noſter tamen etiam commodisſimus judicatur ad rimas parietum collabentium replendas aliaq; lapidum vitia corrigenda. Nam ob levitatem non premit, & quia poroſus valde eſt, calcem facile bibit & extrema parietum ſibi agglutinat, non ſine inſigni commodo pretioſisſimæ hujus Grottæ, cujus lapides, variis tempeſtatum injuriis expoſiti, ætatem ſic eo conſtantius ferunt. Grammatici Tophum ajunt eſſe genus lapidis aſperi, qui facile in arenam reſolvatur. Plinius lib. 17. Nam Tophus ſcaber natura. Columella libro quarto; arenoſum tophum, & plus juſto Jejunum ſabulo dixit. Plura de Topho Scaliger de ſubtilitate, Exercitatione quinquageſima ſeptima. Agricola Germanice reddit Toffſtein vel Topſtein, noſtri Tugſtein vocant. vid. Gesnerus de figuris lapidum pag. 34.

§. IX.

Qui ex chalybis alliſu copioſas ejiciunt ſcintillas, fomite exceptas, celerrime ignem rapientes Lapides Hasſiæ noſtræ ſunt vel Silices vel Pyrites, dummodo fas erit huc trahere propter communem characterem Pyritem, quod quidem feciſſe videtur Gesnerus, qui de figur. lapid. pag. 54. ita de utroq; ſcribit:

ſit: Pyritæ dicuntur è quibus ignis excutitur, variorum generum: quæ non modo coloribus & figuris, ſed etiam ſubſtantia NB. differunt, cum ſpecies potius ſit Marchaſitæ. Unde Celeberrimus Bayerus Vir Hiſtoriæ Naturalis peritisſimus Pyritem Catalogo Salinorum & Sulphureorum Noricorum fosſilium oryctograph. ſuæ Nor. Cap. 9. pag. 90. ſequentibus inſeruit: E quibusdam (ſermo ipſi eſt de Pyrite Norico) aliquamdiu aëri expoſitis Vitriolum Martis effloreſcit, perinde ut è celebri Hasſiaca Martis minera, ſolari cognominata, quæ nec ipſa quid aliud quam Pyritis aut Marchaſitæ ſpecies eſt, à noſtrate parum diverſa, ut facile crederem hanc illi poſſe ſubſtitui. Quæ interim alia occaſione à me clarius ſub examen revocabuntur. Indubitati alias ac veri ſilices & qui conſtituunt tale ſaxorum genus, quod eſt durisſimum, durius ad minimum marmore, ad ſcalpturas & ædificia omnino ineptum, plurimas conſtituunt ſpecies colore potisſimum inter ſe differentes. Sic in agris, in alveis atq; littoribus glareoſis fluminum noſtrorum diſperſi jacent innumeri fere albi, flaveſcentes, rubentes, fuſci, nigricantes & ex his coloribus varie mixti ſiliculi. Imo horum etiam nonnulli aliis rebus naturalibus imprægnati colliguntur. vid. Tab. IV. Ex omnibus vero notior & familiarior eſt albus, weiſſer Kieſelſtein, reliquis duritie minor, Medicis tam in- quam externe uſualis. Externe quidem ad dentifricia, & interne, reſolutus prius in liquorem, contra nephritidem, calculum &c. Plura videſis apud Practicos.

§. X.

Lapis calcarius, ab eo ſic dictus, quod materiam præbeat calci, integros montes ſatisque amplos & ſpatioſos tractus conficit Hasſiæ Noſtræ, uti vel ſolum vinetum noſtrum Caſſellanum abunde teſtatur, fœcunda hinc etiam elegantisſimorum quamplurimorum figuratorum in Tab. memoratorum, & longe plurium adhuc in poſterum memorandorum, ſi Deo & Serenisſimo Noſtro Principi ita viſum fuerit, mater. Ratione ætatis, duritie noſtri inter ſe differunt, vid. §. præced. 7. ut plurimum vero ſtrata ſuper ſtrata componunt & in ſuis intervallis jam dicta figurata includunt. Quæ ex hoc in officinis Pharmaceuticis proſtent, meum nunc non eſt fuſius inquirere, cum alii doctisſimi viri laborem hunc jam dudum præoccupaverint.

§. XI.

Lapides Fisſiles, vulgo Schiferſtein dicti, mihi tales ſunt lapides, qui non in fila fibrasve, prout ſcisſilia ſolent, ſed laminas quasdam ſeu cruſtas, ut ligna in ſcandulas & tabellas facile finduntur. Hos duplices facio, alios ſteriles & alios fertiles. Illi inſerviunt tectis operiendis & ex Hasſia ſuperiori, præfectura videlicet Blanckenſteinenſi, ad nos transmittuntur, hi vero ob metallicam indolem & varia corpora ad duplex regnum, Animale videlicet & vegetabile ſpectantia, chariores ex Fodinis Francobergenſibus, Nendershuſanis & Willingenrodenſibus hactenus cum fœnore haud exiguo eruuntur. Prout ſuo loco planius patebit, ſit igitur.

CAPUT TERTIUM
TRACTANS SPECIALIUS

In tabulis ſequentibus Hasſiæ Inferioris Lapidea & Metallica corpora, certa quadam Figura donata, quorum differentiam curioſus majori cum fructu ex eorundem accurato examine oculari, quam ſupervacanea prolixa diviſione perſpectam ſibi reddere valet. Ex his jam.

TAB. I.

VArias Hasſiæ noſtræ Inferioris cryſtallos montanas, quas ob ſummum, quo nonnullæ pollent, nitorem Adamantum adſcribo clasſi, proponit v. g.

Nr. 1. Eſt elegantisſima matrix Adamantibus Schmalcaldienſibus prægnans.

Nr. 2. Denotat aliam matricem iisdem, ſed non æque protuberantibus, fœcundam. Utraq; inventa eſt in monte Carbonario prope Schmalcaldiam. vid. cap. I. §. VIII. p. 20.

Nr. 3. 4. Sunt Adamantes Schmalcaldici extra matricem, ſiquidem horum:
Pars immota manet, ſed pars maturior illa
Volvitur, & facili promitur inde manu.

Equidem ad Adamantes hos noſtros: (Verba ſunt doctisſimi Joh. Tob. Clemen ſcholæ Schmalcaldienſis Lutheranæ Rectoris in relatione Poëtico-Hiſtorica Anno M DCC VII. publicata) quod attinet, Zeilerus vir multæ lectionis, & utilisſimis, quorum non pauca in lucem edidit, ſcriptis, etiam poſt funera vivens, in opere ſuo Epiſtolico. p. II. Epiſt. 533. & in Manuali P. I. p. m. 541. ex quadam Hasſiæ inferioris deſcriptione admodum honorificam illorum mentionem injicit, his fere verbis: Nicht weit von der Stadt Schmalkalden hat es einen Berg, der Kohlberg genant, daran man häuffig Diamanten findet, ſo an Glantz und Härte den Böhmiſchen gleich ſtreichen, auch ſie zuweilen übertreffen ſollen. Quæ circa tamen non poſſum non monere, quod, quantum ad duritiem, Adamantibus his plus juſto videatur tribui. De Bohemicis enim conſtat, illis vitriarios ad findenda vitra uti diutisſime poſſe. Noſtri vero, licet itidem ſecandis vitris inſerviant, ſectione tamen bis terq; repetita hebeſcere ſtatim incipiunt. Atq; ob id ipſum dubitare quis poſſet, an illi jure adamantum ſub nomine veniant, quorum proprium eſt, eſſe durisſimum? Sed ſufficit eosdem ſplendore non minus, quam aqueo, quem exhibent, colore ad adamantes proxime accedere. Memini quoq; me in ſcripto quodam Geographico Viri Excellentisſimi M. Hieronymi Dicelii Schmalcaldienſis, Mathem. in Acad. Lipſienſ. Profesſoris Celeberrimi de adamantibus his Schmalcaldicis legiſſe aliqua, quæ vero, quia liber ad manus non eſt, omittere hac vice cogimur. Supra laudatos adamantes, reperiuntur quoq; haud procul à nativa illorum ſede, in alio quodam, qui magis ad meridiem vergit, monte, cœrulei plures & ſub-rubicundi coloris gemmulæ, cætera prioribus haud multum abſimiles.

Nr. 5. Matricem exprimit adamantum Schaumburgicorum haud procul ab Albertiſſen in agris diſſeminatorum. vid. cap. I. l. c.

Nr. 6.


TAB. I.
12
5
6
3
2
4
13
14
7
8
a
1
15
11
9
10
Carolus Wilhel: Eberlinus del:
Ioh: Aug: Corvinus fecit. Aug. Vind.

Nr. 6.7.8. Subministrant adamantes Schaumburgicos extra matricem eodem loco dispersos. Curiosus est Rhombus ille minor, conspicuus inter duos laterales N. 8. lit. a.

Nr. 9. Est Globus margaceus luteus crystallis cubicis refertus prope Spangenbergam colligendus.

Nr. 10. Denotat alium globum hemisphæricum, qui integer ut plurimum convexo-planus & coloris cinerei apparet. Est satis durus atq; in superficie interna multos fluores crystallinos quadrangulos, specie adamantum formatos, adhærentes habet. Malleo confractus hic lapis suppeditat exiguam portionem aquæ limpidissimæ saporis alcalini. Matricem agnoscit lapidem arenarium, à quo nonnisi vi divellitur. Forsitan est Ætitæ species, Enhydros dicta. vid. etiam pag. 60. Eruditissimus Mylius Saxon. subterraneæ. Reperitur ad pagum Hauren, Hora Francoberga distantem, in loco, cui nomen der Gold-Brunn. conf. Tab. XXII. Nr. 6.

Nr. 11. Est Selenites Rhomboidalis, arte politus, inter alios lapides calcarios Vineti Cassellani, vulgo dem Weinberg, obvius.

Nr. 12. Sistitur pisolithus, matrici suæ martiali inclusus, sub triplici schemate porro ob oculos positus.

Nr. 13.14.15. Extra eandem. Vocatur ab aliis etiam Vena ferri pisiformis. Mylio l.c. lapis Martialis pisiformis. Hammites, constans majoribus ovis, orobias. Constituit hic divites ferri venas civitatis Homburgicæ 4. mil. Cassel. & legitimæ temperaturæ aliarum minerarum Martialium ibidem pariter effodiendarum egregie operam navat suam. Convenit hic noster Pisolithus omnino cum pisis Carolinis ita à Celeberrimo Bergero in Tractatu suo aureo p. 15. de thermis Carolinis descriptis: Multiq; præterea globuli separati, ac diversi coloris, rufi, ferruginei, spadicei, lutei, gilviq; ibidem reperiuntur, magnitudine & figura, plerumq; pisi, qui proinde pisa Carolina dicuntur. Hi itidem omnes duri sunt, leves & corticosi, & calculorum instar, plerorumq; vesicæ parvum intus nucleum continent.

TAB. I.

Diese erste Platte præsentiret verschiedene Hessische Berg-Crystallen/ welche ihres hellen Scheins halber von andern auch Demanten genant werden / Z. E.

Nr. 1. Eine recht saubere Mutter von Schmalkaldischen Demanten.

Nr. 2. Eine dergleichen/ worinnen aber die Crystallen nicht so weit hervorragen. Diese beyde Stücke sind auf dem Kohlenberg bey Schmalkalden gefunden worden.

Nr. 3.4. Demanten/ so ausser ihrer Mutter anzutreffen/ und durch Wind und Wetter pflegen mit der Zeit abgelöset zu werden.

Nr. 5. Eine Demanten-Mutter auß dem Schaumburgischen/ so nicht weit von Albertissen gefunden worden.

Nr. 6.7.8. Schaumburgische Demanten ausser der Mutter/ unter diesen ist das ablange Viereck Nr. 8. lit. a. befindlich/ merckwürdig.

Nr. 9. Ist eine runde auß Mergel bestehende Kugel/ so inwendig mit viereckigen Crystallen angefüllet ist/ wird gefunden bey Spangenberg.

Nr. 10. Eine andere halbrunde Kugel/ so auf der einen Seiten gantz rund/ und auf der andern Seiten platt und Aschen-farbig außzusehen pfleget. Wann

sie mit einem Hammer aufgeschlagen wird / so findet man darinnen eine kleine Portion von einem sehr hellen Wasser alcalischen Geschmacks und viele viereckige Crystallische helle Flüsse / wie Demanten; Sie liegen in einem Sand-Stein / von welchem sie nur mit Gewalt separirt werden. Vielleicht ist es eine Arth Adler-Steine / so Enhydros genennet wird. Diese Kugeln finden sich bey dem Dorffe Hauren / eine Stunde von Franckenberg bey dem Gold-Brunnen.

Nr. 11. Ein polirter Selenites Rhomboidalis, ein Rauten-förmiges Frauen-Eyß. Es scheinet zu seyn / der Plinianische Androdamas, von dem Weinberge bey Cassel.

Nr. 12. 13. 14. 15. Erbsen-Stein / pisolithus, in und ausser der Martialischen Mutter von Homburg / 4. Meilen von Cassel / wird auch genennet Stalagmites; pisa & lentes lapideæ, Steinerne Erbsen und Linsen. Lapis ovis piscium similis: Stein dem Fisch-Rogen gleich / weswegen er auch Rogen-Stein heisset. vid. Scheuchzer. Natur-Geschichte p. 105. der unserige komt in allem denen Carls-Erbsen bey / so Herr Dr. Berger p. 16. von dem Carls-Bade also beschreibet: so werden auch überdas viel absonderliche / röhtliche / Eisen-farbige / Castanien-braune / gelbe und falbige Kügelchen daselbst gefunden / gemeiniglich in Grösse und Figur einer grossen Erbsen / welche dannenher pisa Carolina, oder Carls-Erbsen heissen. Diese alle sind ebenfals harte / und bestehen auß lauter vest auf einander liegenden glatten Schalen / und haben auf Arth der meisten Blasen-Steine inwendig einen Kern. Der unserige wird zu Verbesserung anderer Eisen-Ertze / so in dieser Gegend gegraben werden / mit zum Schmeltzen sehr häuffig gebraucht / wovon zu einer andern Zeit ein mehrers.

TAB. II.

IN secunda hac tabula curiositati lectoris datur matrix asteriarum satis considerabilis, in cujus utraq; superficie uberrimus illarum datur proventus, ita, ut tota ejusdem substantia calcaria ex iisdem quasi compacta videatur. Inventa hæc est in monte Spangenbergæ confini, vulgo Knorrenberg dicto. Reperiuntur etiam alias solitariæ asteriæ inter strata lapidum calcariorum, prout fusius postea docebitur, interim Curiosi naturæ consulti oculos merito delectabunt interspersa hinc inde corpora mox cubica, mox alterius alicujus configurationis, quæ omnia tamen, cum naturæ sint seleniticæ, merito familiæ asteriarum adjudicanda nobis pariter videntur. Hujus meminit suo jam tempore Kentmannus Med. Dresdensis: Nomenclaturæ rerum fossilium, quæ in Misnia præcipue, & in aliis quoque regionibus in veniuntur, p. 29. verbis sequentibus: Lapis cinereus rudis, in quo gignitur trochites Spangenbergius. Mons excelsus est, in quo invenitur: unde & monti & arci nomen putatur impositum. Gesnerus de omni rerum fossilium genere. p. c.


TAB. II.


In dieser zweyten Tafel kan der curieuse Leser sehen / eine sehr schöne Mutter der so genanten Stern-Steinen / so auf dem nahe bey der Stadt Spangenberg gelegenen Knorrenberg gefunden worden. Worunter die viereckigte wohl zu beobachten sind.

TAB. III.

Nr. I. Est alia matrix asteriarum in vinetis nostris Cassellanis frequens, multis cubicis pariter referta.

Nr. 2.


TAB. II.
Carolus Wilhel: Eberlinus del:
Ioh. Aug. Corvinus fecit Aug. Vind.




TAB. III.
1
2
3
6
4
5
C. W. E. del:
J. A. C. Sculp.



Nr. 2.3.4.5. Exhibetur lapis à physiognomia Hysterolithus dictus, hic in parte postica hemisphæricus ferme instar dimidiatæ nucis juglandis, inæqualis aliquantum, non admodum politus, obscurus & ferrugine quadam quasi obductus ut plurimum deprehenditur. Inseruimus eundem Catalogo Fossilium Hassiæ nostræ inferioris hunc in finem, ut ex ejusdem accuratissima delineatione major lux affulgeat controversæ hactenus obscuræ originis investigationi. Quemadmodum quilibet in hoc mecum conveniet, si non modo hos, sed etiam reliquos, quos ipsus in vicinia eorundem collegi & Tab. XXIV. XXV. repræsentari curavi, animo ab omnibus præjudiciis vacuo sedulus examinabit, luceq; meridiana clarius animadvertet, eosdem non modo ectypos elegantes repræsentare, inter alias innumeras conchas striatas, asterias &c. locari, intus cavas, sed etiam adhuc veras id est immutatas prorsus & primæva sua gaudentes testa conchas esse marinas, e numero bivalvium, & pectinum merito derivandas, sicut id quidem audacter asserere minime dubito de illis, quæ Tab. exhibentur 25. Nr. 4, 5. lit. a. a. a. Ubi simul aliud curiosum sistitur figuratum lit. b. b. b. circa quod æque ac illud, quod Tab. XXIV. Nr. 3. delineatum est, tantisper certas quasdam ob causas judicium suspendo meum. Interim spes me lactat haud vana, brevi amicorum meorum amicissimum, Nobilissimum ac Expertissimum Dominum Mich. Reinboldum Rosinum pag. præcedente 16. citatum, cui politior orbis non parum profecto devinctus est ob raram æque ac indefessam diligentiam, qua utilissimum hocce studium hactenus non sine prece & pretio excoluit, circa utrumq; hocce figuratum mentem suam in peculiari scripto erudito, quod sub prælo jam sudare nuper comperi, fusius expositurum. Quodsi vero curiosus quidam illud prius comparare velit cum figurato isto, cujus mentionem facit Eruditissimus Dominus M. Georg. Helwings p. 53. Lithographiæ suæ Angerburgicæ Tab. VI. fig. 5. sub hac rubrica: corallii crassioris fragmentum, cujus striæ ita manifestæ sunt, ut fistulosis coralliis aptissime assimulentur: per me ipsi integrum esto. Cætera Experientissimus Dominus Doctor Verdries Professor Giessenus Celeberrimus Hysterolithorum in scriptis quoq; satis erudite meminit, de quibus vid. 3. & 4. centur. Ephemeridum N.C. p. 221. 222. 223. & 224. observat. LXXXVIII. præprimis vero Fig. VIII. ubi expresse ita scribit: Fig. VIII. Lapidis partem sistit durissimam, continuam, homogeneam, cui vestigium Hysterolithi, & quidem quantum ego judicare valeo, quoad convexam superficiem impressum, curiosissimo spectaculo conspicitur. Hunc lapidem præter muliebria quandoq; simul virilia exactissime ob oculos ponere cum Wormio Muf. Curiof. p. 83. & 84. Auctor gravissimus est, Excellentissimus Valentini in prodromo hist. natur. Hassiæ p. 16. ubi simul de loco natali sequentia legimus: Qui circa Braubacum castrum Hasso - Darmstadinum, tanta olim in copia se trudebat, ut persona quædam Illustris exinde, sibi grottam (ut vocant) parari curaverit, id quod in causa est, quod nostris temporibus fere rarior & carior sit. Et cum N. 5. Tab. III. aliquid inter divaricata quasi femora ad penis leniter dependentis corpus tendens conspiciatur, fortassis hoc nonnullis membrum audit virile. Alias de his satis eleganter Perillustris ac Magnificus Dominus Franck à Franckenau cecinit.

> Carnea quæ fuerat, nunc saxea vulva videtur,
> Causa est, quod virgo durior esse solet.
> Deucaleoneis fors hæc oriuntur ab illis,
> Materiam primam deposuisse nequit.

H

Nr. 6.

Nr. 6. Repræsentat lapidem Metallarem combustis quasi stipulis conspersum, Vulgus vocat Fliegenfittige. Datur ejus copia in Metalli Fodinis Franckenbergensibus, de quibus vid. Winckelmannus P. I. pag. 37. Chronolog. Hassiac. Conflari hunc lapidem ex fissili lapide, partim cinereo, partim vero nigro, edoctus sum specimine quodam artis & sculpturæ beneficio polito.

TAB. III.

Nr. 1. Eine andere ebenfals mit viereckichten Stern-Steinen angefüllete Mutter von dem Weinberge bey Cassel.

Nr. 2. 3. 4. 5. Hysterolithus, Mütter/ Buntzen/ Mautzenstein/ wegen seiner äusserlichen Gestalt also genennet. Dieser sehr wunderliche Stein wird zwar in dem Nieder-Fürstenthum Hessen nicht/ wohl aber in der Graffschafft Catzenelnbogen zwischen Braubach und Coblentz gefunden/ er ist aber von mir um deßwillen hieher gezogen worden/ weilen ich vollkommen überzeuget bin/ daß er anfänglich sey eine zwey-Schälig-gestreifte See-Muschel gewesen. Wie dann ein jeder mit mir einstimmen wird/ wann er diese sowol als auch ins besondere diejenige/ so ich hernachmals erstlich/ da ich mich in ihrer Gegend befunden/ aufgesamlet und Tab. XXIV. XXV. aufgezeichnet sind / mit einem von allen vor-Urtheilen gesaubertem Gemühte betrachten/ und an denselben Sonnen-klar wahrnehmen wird/ daß diese Mutter-Steine nicht alleine als Abdrücke sich præsentiren/ unter andern häuffigen gestreifften See-Muscheln/ See-Sternen ꝛc. liegen/ sondern auch inwendig hohl / ja annoch wahrhaffte Muscheln/ d. i. die erstere Muschel mit ihrer natürlichen äusserlichen Schalen seyn / wie ich dann dieses ins besondere mich nicht scheue zu behaupten von Tab. XXV. Nr. 4. 5. l. a. a. a. auf welchem über dieses/ ein curieuses Gewächse sub lit. b. b. b. ins besondere anzutreffen/ von welchem aber sowol als demjenigen/ so Tab. XXIV. Nr. 3. abgezeichnet ist/ weitläufftiger diesesmal/ auß gewissen mir bekandten Ursachen/ meine Gedancken nicht eröffnen mag/ vielleicht dörffte indessen sich in kurtzem einer meiner werthesten Freunde/ Herr Mich. Reinhold Rosinus von Münden im Hannoverischen/ welchem die gelehrte Welt gewißlich ohne dem nicht wenig verbunden ist/ wegen besonderer Mühe/ so er sich gibt/ dieses so nützliche Studium recht gründlich zu untersuchen/ hierinnen dieselbe sich noch mehr verbindlich machen. Solte indessen ein Curiosus Belieben tragen/ dieses Gewächse mit dem Fossili, wovon Herr M. Georg Helwings Meldung thut in seiner Lithographia Angerburgica p. 53. Tab. VI. Fig. V. sub rubrica: Corallii crassioris fragmentum, cujus striæ ita manifestæ sunt, ut fistulosis coralliis aptissime assimilentur, zu vergleichen/ so stelle solches zu seinem eigenen Belieben. Der Herr Doctor Verdries berühmter Professor zu Giessen/ hat sonsten schon von diesen Mutter-Steinen sehr gelehrte Gedancken in Druck herauß gegeben/ wovon nachzusehen die 3te und 4te Centuria Ephemeridum N. C. p. 221. 222. 223. 224. Observat. LXXXVIII. Ins besondere Fig. VIII.

Nr. 6. Ein Ertz-Schiefer/ so gleichsam verbrenten Stoppeln ähnliche Flecken hat/ auch deßwegen von dem gemeinen Mann Fliegen-Fittiche geheissen wird/ auß den Franckenbergischen Bergwercken.

TAB.




TAB. IV.
1
2
3
4
5
19
20
18
14
15
a
b
16
21
22
13
17
6
7
8
9
10
11
12

TAB. IV.

Nr.1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. Proponuntur varii lapides, sic dicti, Stellares, Asteriæ seu Astroitæ, quod inter illas reperiantur haud pauci cum imagine stellæ facile comparandi. Ab aliis quoq; appellantur Trochitæ à figura rotæ seu tympani, Germanice Spangen-Räder Zwerch- oder Mühl-Stein. Myl. l.c. p.6. Bonifacii Pfennige/ præprimis quando à circello centrali crenis unus lapillus cum altero, haud secus ac in cranii ossibus fieri solet, articulatur, quod dum fit, constituunt hoc modo 3. 4. & plures conjuncti lapilli Entrochum, Talis est Nr. 1. Spangenbergensis & Nr. 5. Welheidensis, qui posterior sibi hoc peculiare vendicat, quod in media sui parte tumeat, caputq; habeat utrumq; angustius. Alias asteriæ nostræ solitariæ repertæ frequentius in ambitu suo rotundæ, rarius interim quandoq; pentagonæ, quales sunt binæ Welheidenses Nr.2. & 9. cum tertia illa Nr. 11. Spangenbergensi, à nobis notatæ fuere. Locum nativum Asteriis Hassiacis hactenus præbuerunt 1. Spangenbergæ adjacens mons, Knorrenberg supra jam laudatus vid. Præfatio, de quo Celeber. D. Mangold, p.17. sequentia: istiusmodi lapilli instar Becchicorum nigrorum in myrothecis artificis quasi manu sigillati, in nostris etiam montibus prope Spangenbergam in Hassia acervatim colliguntur. Et Grauius l.c. Juxta urbem Spangenbergam mons datur dictus Spangenberg. Item der Knorrenberg, in quo lapilli rotundi (Trochitites) ornamentum circulare, quod Germanice Spangen audit, præsentantes, copiosi inveniuntur. Vid. etiam Winkelm. p. 270. tr. alleg. hac tamen cum cautela, ne Cerebrinas & fictas ibidem delineatas imagines pro veris statim accipiamus, nisi summam injuriam foro naturæ inferre, nobisq; tantum quasdam umbras & chimæras fingere velimus. 2. Vinetum Cassellanum ante portam, nobis das Neue Thor dictam, in loco comparative plano, ab urbe dimidia leuca distante, prope viam, quæ ducit ad albam petram, mille circiter passibus à pago Welheiden ad latus. 3 Pagus Haueden præfecturæ Zierenbergensis. 4 Vicus Niedermellerich, uti videre est in elegantissima matrice silicea Nr.13. ad ripam Ederæ fluvii reperta, quæ præter asterias plura adhuc diversa conchylia exhibet, fortassis eum in finem, ut gratum hocce connubium lucem accendat quæstioni obscuræ, & de infallibili prosapia marina eo certiores nos reddat. Das Bedencklichste dabey ist, das diese Figuren offt in Muschel-Steinen unter Muscheln und Schnecken anzutreffen sind, gleichsam als gehörten sie zusammen, wären auss einem Orth hieher gebracht, und folgender Zeit versteinet worden. Verba sunt curiosi Hermanni Maslographiæ suæ pag. 218. 5. Hundelshaussen, dimid. Mil. ab Almeroden distans, in monte der Gottes-Berg. Risum vero teneatis amici, quando nonnulli audacter asserunt, columnas has terrigenas in matrice sua tanquam totidem jocantis naturæ ludibria generari & reproduci, argumento desumto à solitariis, utpote ad maturitatem perfectam perductis sicq; exclusis, cum è contra immaturæ à matrice adhuc fovendæ sint usq; ad tempus exclusioni ordinariæ destinatum. Præterquam enim quod hoc argumentum nimis sit crassum, experientia quoq; docet, separationem earundem unice dependere à pluviis & alternis frigoris calorisq; insultibus. Imo vel sola maceratione aquarum per aliquod dies continuata hactenus earundem haud paucas, cum maturas, tum immaturas, pessime sic dictas, in Museo meo à matrice satis feliciter avulsi. Ejusdem commatis videtur illa distinctio, qua minores fœminas, calculo vesicæ convenientes, majores vero mares, renibus magis dicatos prædicant nonnulli. Faciles enim

enim ad superstitionem & credulitatem multorum animi in iis præsertim, quæ cupiunt & optant, frivolas hujusmodi & Magicas ab aliqua rerum similitudine ductas facultates comminiscuntur. Licet illarum usum Medicum in totum rejicere vel ex eo vix audeam, cum quoad materiam constitutivam prorsus conveniant cum lapidibus Judaicis.

Nr. 14. 15. Materia, ex qua conchæ fossiles per universam nostram Hassiam inferiorem dispersæ constant, hactenus à nobis triplex detecta fuit, alia est terrestris, & calci haud raro similis, alia ostrearum aut matris perlarum splendori accedit, alia deniq; est Martialis. Ex terrestri materia conflantur conchæ bivalves fasciatæ & striatæ in arena littorali ad radicem montis Winterkasten, haud procul ab arce Weisenstein cum aliis innumerabilibus, vid. Tab. VIII. Nr. 1. copiosissime reperiundæ, & Nr. 14. 15. indigitatæ. Nr. 14. exhibet simam hujus conchæ partem, in qua lit. a. b. satis clare monstrant vestigia seu nævos, quibus conchæ suæ firmiter adhæserit spondylus seu animal, quo opifice ipsa est exstructa, uti cernere equidem hodienum licet in omnibus marinis æque ac in fluviatilibus. Nr. 15. sistit ejusdem partem gibbam, in qua conspiciendæ sunt variæ striæ transversim testam, idest ab uno latere ad oppositum, transcurrentes. Lachmund. Oryctograph. Hildesh. p. 44. N. XVI. audit conchites magnus, subflavus, rugatus, per transversum enim strias à latere ad latus habet. Eine gantze runtzliche runde steinerne Muschel. Joh. Dan. Geyer vocat in Schediasmat. de montibus conchiferis, cretaceam concham Weinheimensem. Nostra concha, si mensuratio instituatur in parte gibba à cardine ad imam oram tres digitos cum dimidio longa est; à latere ad latus vero tres cum quatuor lineis tantum patet, ita ut sit quasi subrotunda. Plurimas habet apophyses respondentes totidem sinubus pro firmiori connexione binarum valvarum, quæ satis crassæ & validæ sunt. Non multum ab hac abludentem figuram nobis communicat Ingeniosissimus Anglus, Martinus Lister p. 170. C. 1. de cochleis marinis tit. 24. & pag. 229. de cochlitis Angliæ tit. 33. ubi audit: conchites major rugosus ad figuram triquetram accedens, de quo inter alia sequentia proponit: Quemadmodum vero externa facie, ita & interna & concava sui parte satis bene animalium conchas referunt, adeo, ut summum naturæ artificium nunquam satis admirari possimus, scilicet quam nihil ibidem desideretur, quod uspiam in viventium testis observamus, nimirum eædem hic ad cardinem apophyses, etiam vinculorum sive musculorum vestigia insignia, ut illic, sunt. Fortassis est Chama Remies Rumphii pag. 140. lit. I. Amboinsche Raritæt-Cammer. In genere circa id genus concharum cretacearum notandum est, quod in terra prope madidæ mollesq; sint in aërem vero delatæ indurescant, unde etiam fit, ut si parum caute eximantur, nonnisi fragmenta earundem obtineamus. Ad albam Petram dantur Metallifodinæ, in quibus repertæ sunt conchæ marinæ seu testæ earum variæ magnitudinis, non modo vulgares sed etiam margaritiferæ, quas matres perlarum appellamus: Nova Literaria Hamburg Mens. Mart. 1703. p. 116.

Nr. 16. 17. 18. Sunt tres conchæ bivalves, quarum Nr. 16. & 18. ex eadem, qua modo descriptæ Weisensteinenses, materia constant. Nr. 17. vero tota est martiali materia tincta & repleta. Nr. 16. convenire videtur cum Chama lutaria & coaxante Rumphii l. c. p. 138. N. 18. cum Chama granosa ejusdem, nisi quod in nostra, ob varias temporis injurias, superficies exterior parum

rum ſit mutata ejusq; lineæ obtuſiores ea propter nunc appareant. Nr.17. accedit proxime ad genus primum, quod dat curioſisſimus Wagnerus Hiſt. Lapid. figur. Helv. p.137. Conchitarum lævium valvis æqualibus his verbis: Conchites æquilaterus, ſubrotundus, lævis, mediocris, ſubcinereus (noſter luteus) ventre crasſiore & ad imam oram ſenſim demisſiore Tab. XXXVIII. Fig.1. Reperiuntur hæ omnes in copia ad pagum Deuten tribus lapidibus, drey Meilwegs/ Caſſellis diſtantem, in ſolo arenoſo copioſæ mineræ ferri proventu ditisſimo.

Nr. 19. 20. Siſtitur pecten tenuisſimus amphyotis vel binis auricularibus apophyſibus ſtriisq; à vertice per longitudinem ambitumq; teſtæ excurrentibus elegantisſime donatus ab utraq; facie conſpicuus. In medio cardine, ubi vinculum nerveum inſeritur, ſinus ſive canaliculus quidam eſt figura cylindracea vid. L. A. Præterea pecten hic integer eſt & exacte figuratus, verisſimis ac quaſi recentibus coloribus pictus (in teſtæ enim ſuperficie nativi colores, rubellus, albicans & ſubflavus mixtim egregie adhuc comparent) per plurima ſecula, ab anno diluvii usq; ad noſtram ætatem adeo curate aſſervatus, ut non modo optime ab aliis diſtingui, ſed & per has notas characteriſticas ſuæ certæ ſpeciei facili Marte asſignari queat. Natale ſolum agnoſcit cum conchis fasciatis & ſtriatis Nr. 14. 15. commune. In ipſius ſeparatione ob nimiam ſui ſubtilitatem & tenuitatem, comparandam facile cum crasſitie chartæ auguſtæ ſeu curſoriæ, vulgo Poſt-Papier/ maxima opus eſt cautione. Noluimus autem more aliorum Lithographorum hunc noſtrum vocare pectunculiten, ne conchæ naturales cum earundem ectypis non ſine inſigni damno ſtudii naturalis confunderentur. Omnia ſiquidem teſtacea, quæ in montibus procul à mari disſitis reperiuntur, vel ſunt vera & naturalia, qualia Oſtrea, pectines & quæ varii generis conchas viventes includunt, & ex figura, colore, pondere, & friabilitate dignoſcuntur, vel ſunt lapidea, id eſt apographa ſeu ectypi figura tantum & magnitudine viventibus ſimilia, ſed colore, pondere & duritie lapides referentia. Quâ admiſſa diſtinctione profecto difficile haud amplius erit, non tantum præſens, ſed & plurima alia Hasſiæ noſtræ teſtacea foſſilia veris ac naturalibus, id eſt, marinis tam littoralibus quam pelagianis asſignare. Inveniuntur enim apud nos conchæ maximæ, medioxumæ, minimæ, habentes omnes, prout ſuo loco de quavis notabitur, eandem gravitatem, eosdem colores, niſi peregrina tinctura acceſſerit, eandem friabilitatem, &c. &, ſi examini ſubjiciantur chymico, tunc calcinatis eandem quoq; eſſe materiam, eundem effectum Medicum ſatis clare manifeſtant, viſus, odor & guſtus.

Nr. 21. 22. Sunt duo conchitæ bivalves auribus deſtituti & Ingenioſisſimo Liſtero l. c. p. 245. C. 2. Pectunculitæ nominati, ſtriis rectilineis eleganter ſatisq; denſe à cardine verſus oram excurrentibus, Reperimus eosdem in horto arcis Hauſen ſeptem milliaribus Caſſellis diſtante ditionis Doeringenbergenſis.

TAB. IV.

Nr. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Stern-Räder-Spangen-Stein/ Mühl-Stein/ Bonifacii Pfennige. Unter dieſen ſind rar die Entrochi Nr. 1. von Spangenberg/ und Nr. 5. von Wehlheiden/ ſo dieſes noch à parte an ſich hat/ daß er in der Mitte erhaben/ an beyden Enden aber ſpitzig iſt. Die Fünff-eckichte Nr. 2. 9. von Wehlheiden/ und Nr. 11. von Spangenberg. Dieſe Steine werden auch bey denen Dörffern Haueden und Nieder-Mellerich angetroffen/ da-

 von

von die letztern / so einem harten Kiese Nr. 13. nebst andern See-Gewächsen eingepräget sind / gantz Sonnen-klar ihren ersten Ursprung auß dem Meer entdecken. Das Bedencklichste dabey ist / daß diese Figuren offt in Muschel-Steinen / unter Muscheln und Schnecken anzutreffen sind / gleichsam als gehörten sie zusammen / wären auß einem Orth hieher gebracht / und folgender Zeit versteinet worden. Hermannus Maslographiæ p. 218,

Nr. 14. 15. Weisensteiner zwey-Schälichte gestriefte Muscheln / so noch in ihrem natürlichen See-Sand / unter andern unzehlbaren See-Gewächsen eingeschlossen liegen / wie sie von beyden Seiten und in der einen noch das Zeichen Nr. 14. lit. a. b. wo das Thier gesessen / zu sehen ist. Sie gleichet / wie ein Ey dem andern / denen / so bey Weinheim gefunden / und von Joh. Dan. Geyer beschrieben werden / ausser daß die unsere von aussen mehr gelber Farbe sind.

Nr. 16. 17. 18. Zwey-Schalichte gestriefte Deutische Muscheln / von welchen Nr. 16. und 18. die besonder rar ist / auß der nemlichen Materie bestehen / die aber Nr. 17. gantz Eisenhaltig ist / weilen die äusere Schale davon verlohren gangen.

Nr. 19 20. Eine sehr zarte und considerable Jacobs-Muschel mit zwey Ohren / so gantz und gar in der Erden keine Veränderung gelitten / sondern alle natürliche Farben behalten / so daß man sie von denen / so eben auß der See kommen ohnmöglich distinguiren kan / auß dem Weisensteinischen See-Sand unter vielen andern außgewaschen.

Nr. 21. 22. Zwey Jacobs-Muscheln ohne Ohren auf einem Kalck-Stein / weswegen sie auch von Listero und andern Pectunculitæ genennet werden; Ich habe sie in dem Freyherrl. Döringenbergischen Garten zu Haussen überkommen.

TAB. V.

Nr. 1. Lapis sistitur elegantissimæ configurationis, compactus ex variis diversi generis silicibus, posset ad imitationem Musæi Brackenhoferiani p. 14. appellari silex ex tribus unitus (ein dreyfacher Kiesling oder Wacken.) Cum vero vix audeamus vel ex aliorum vel nostro ingenio certo cuidam figuratorum generi eundem assignare, permittemus potius id negotii liberum cuivis. Hinc in posterum illum saltim referemus ad ordinem lapidum incertæ configurationis. vid. Tab. III. Collectus est ad Ripas Æderæ haud procul à pago Nieder-Mellerich 3. mill. Cassell. sito.

N. 2. Exhibetur lapis siliceus lutei coloris, olivam referens. Invenit hunc Hanoviæ inter alios lapides vulgares Dominus Gaudelius, tunc temporis Auditor noster in Physicis indefessus, postmodum Legationis Belgicæ ad Aulam Cæsaream Verbi divini Præco facundissimus, veteris amicitiæ jure nobis conjunctissimus, nunc B. M. Conferri meretur cum illo, quem Experientissimus Bayerus curiosis communicat Oryctograph. Noricæ p. 45. seqq. his verbis: Proxime ad lapidem Judaicum forma externa accedit designatus Fig. II. lapillus, valde etiam durus, sed disparis materiæ & superficiei lævis, ob hanc vero, tum magnitudinem congruam, & pediculi velut evulsi vestigium, magis quam ullus lapis Judaicus fructui Oleæ (einer Olive) similis, repertus ad pagum Reichelshof. vid. etiam Rumph. l. c. p. 226. Tab. LI. Nr. 5. Forte est Kentmanni lapis Judaicus Olivæ similis striis carens (glatte steinerne Oliven) Gesner. de omni Fossilium genere p. 28.

Nr. 3. Lapis est Metallaris scissilis, cinereus, variorum seminum signaturis copiose exornatus. Fortassis Lapis est frumentarius Helveticus cinereus, semina


TAB. 3 V.
2
6
5
1
4






TAB. VI.
3
1
2
4




TAB. 1 VII.
A
B
2
6
7
8
10
9
3
4
5
A

mina Melonum, Anisi, Fœniculi referens. Consulatur Lang. Histor. Lapid. Fig. Helvet. ejusq; viciniæ p. 69. Eruitur ex metallifodinis Franckenbergensibus.

Nr. 4. Offertur lapis arenarius, nonnisi ostrei marini ectypus. Collectus in eodem loco cum Nr. 1. hujus Tab. V.

N. 5. 6. Sunt spicæ frumenti metallares, erutæ ex Metallifodinis Franckenbergensibus. Utor hic frumenti generali termino, cum vix adhuc audeam ad certam speciem spicas nostras reducere. De spica frumenti incerti vid. Scheuchz. p. 5. Tab. I. fig. I. Herbarii diluviani.

TAB. V.

Nr. 1. Dieser Stein bestehet auß dreyerley Arth auf einander geschobener Materie, und meritirt seiner artigen Gestalt wegen noch wol einen Platz unter andern Curiosis zu haben. Man könte ihn nach Anleitung des Brackenhöferischen Musei p. 14. nicht ohngereimt nennen ein dreyfachen Kießling oder Wacke. Er ist an der Edder nicht weit von dem Dorffe Nieder-Mellerich 3. Meilwegs von Cassel gefunden worden.

Nr. 2. Ist eine versteinerte Olive/ bestehend auß einem Kießling/ zu Hanau gefunden/ um seiner Raritæt wegen aber/ von mir auß gewisser Ursach unsern Nieder-Hessischen Figuratis einverleibet worden. Herr Doctor Beyer, hochmeritirter Professor zu Alltorff bey Nürnberg/ meldet von einer/ so Er bey Reichelshoff bekommen/ und unserer in allem gleichet. Oryctograph. Noricæ p. 45.

Nr. 3. Ein Ertz-Schiefer auß denen Franckenbergischen Bergwercken/ auf welchem Hülsen von mancherley Saamen liegen.

Nr. 4. Ein Sand-Stein und blosser Abdruck einer doppelten Auster-Schale/ bey der Edder zu Nieder-Mellerich gefunden.

Nr. 5. 6. Zwey Metallische Frucht-Aeren von Franckenberg.

TAB. VI.

Nr. 1. Est lapis siliceus obscure fuscus in parte concava conspiciendus.

Nr. 2. Item in parte convexa, utraq; facie musculum imitans. Collectus est cum præcedentibus Tab. V. Nr. 1. & 4. delineatis.

Nr. 4. 5. Sunt lapides fissiles, impressionibus frugum elegantissime notati. Frugum vero quænam & hæ sint species, determinare perdifficile judico. Reperiuntur prope Schmalcaldiam in loco popularibus dicto: Der kleine Schmalcalder Thal oder Grund.

TAB. VI.

Nr. 1. 2. Ein dunckel-brauner Kiesel-Stein von beyden Seiten anzusehen. Er hat die Gestalt von einer See-Muschel/ und komt von Nieder-Mellerich/ woselbsten er an der Edder gelegen.

Nr. 3. 4. Zwey Schiefer-Steine mit Frucht-Aeren auß dem so genanten kleinen Schmalcalder Thal oder Grund. Der Centner davon hält ein Pfund Kupfer.

TAB. VII.

Heic in Tabulæ VII. prospectu Nr. 1. repræsentatur lapis calcarius Spangenbergensis, qui præter apographum cornu Ammonis, propter internam faciem

ciem perpulchre cellulatam vel articulatam, conſiderabile admodum, varios præterea muſculos marinos A.B. teſta ſua nativa ſarta tectaq; conſervata facile à ſubſtrato lapide diſcernendos, in utroq; latere fovet. vid. Buttnerus pag. 265. Eine andere kleine platte habe, darauf ein Nautilites, (2) conchites oblongus, und (3) ſtriatus zugleich liegen. Wie aber die beyden letztern mit ihren Schalen &c.

Nr. 2. Exhibet lapidem turbinatum, intortum, ſtriis undulatis, cujus orbes ſerpentum in modum ſunt convoluti, unde etiam vocatur cornu Ammonis vel Nautilita. Germanice Zieherhorn, oder Scherhorn. Sunt enim cornua Ammonis lapides figurati intorti, & ita ſerpentum in modum convoluti, ut eorum orbes nulla ex parte producantur, & in hac figuræ ratione eorum nota Characteriſtica conſiſtit. vid. Lang. p. 74. & 102. ubi ſimul de Etymologia vocis utriusq; diſſeritur fuſius. Locum natalem præbet Spangenberga.

Nr. 3. 4. Eſt cornu Ammonis ſtriatum, ſtriis diviſis & in ſpinam ſubrotundam abeuntibus, ab utraq; facie conſpicuum. Conferatur Lang. l. c. Tab. XXVII. Nr. 8. Tab. XXVIII. Nr. 2. Ubi videtur tantum hujus expreſſa matrix, & Liſterus p. 205. tit. 5.

Nr. 5. De hoc cornu Ammonis conſulatur Tab. X. Nr. 5.

Nr. 6. 7. Sunt duo turbines, quorum ille, cretaceus, novem ſpiris conſtat inter ſe arcte conjunctis. Reperitur inter conchas Weiſenſteinenſes Foſſiles. Alter vero, ectypus, conflatur tantum ex quinque ſpiris. Collectus à nobis in Vinetis Caſſellanis.

Nr. 8. & 9. Sunt duo pectines ejusdem plane proſapiæ ac conditionis cum Nr. 9. Tab. IV. exhibito, niſi quod Nr. 9. auribus careat.

Nr. 10. Eſt Pectunculita ſtriis craſſioribus, cujus ſpecimina plura & elegantiora cernemus in progreſſu. Ex Vinetis Caſſellanis.

TAB. VII.

Nr. 1. Ein Abdruck von einem Scherhorn / deſſen inwendige Kammern ſehr deutlich zu ſehen ſind / nebſt zweyen See-Muſcheln A. B. mit ihrer natürlichen Schalen / ſo leichtlich von dem drunter liegenden Kalckſteine kan unterſchieden werden. Von Spangenberg.

Nr. 2. Ein verſteinertes / mit Schlangen-weiß lauffenden Strichen geziertes Cornu Ammonis, Zieher-Horn / oder Scher-Horn / Nautilita, von Spangenberg.

Nr. 3. 4. Ein Cornu Ammonis, ſo mit ſeinen zertheilten Strieffen nach dem halb-runden Rücken zu aneinander ſtoſſet / und von beyden Seiten kan geſehen werden. Dergleichen bey dem Langio und Liſtero auch befindlich. Von Spangenberg.

Nr. 5. Von dieſem Cornu Ammonis beſiehe Tab. X. Nr. 5.

Nr. 6. 7. Zwey gewundene Schnecken. Von dieſen beſtehet Nr. 6. auß neun Wendungen / ſo kurtz auf einander treffen / und von Weiſſenſtein. Nr. 7. aber nur ein Abdruck mit fünff Wendungen / und von dem Caſſeliſchen Weinberge iſt.

Nr. 8. 9. Zwey Pectines, Jacobs-Muſcheln / kommen mit obigem der Materie nach überein / auſſer dem / daß Nr. 9. gar keine Ohren hat. Von Weiſſenſtein.

Nr. 10. Ein Abdruck von einer Jacobs-Muſchel davon ſchönere Proben folgen werden. Vom Caſſeliſchen Weinberge.

TAB.




TAB. VIII.
1
2
3
4
5
6




TAB. IX.
1
2

TAB. VIII.

Nr. 1. Eſt Maſſa conchyliis Weiſenſteinenſibus varii generis imprægnata. Arena enim heic littoralis varia marina, Turbines, videlicet, Pectines, Buccina, Patellas ſeu Lepades, Oſtrea, Cochleas &c. aqua humectata ſatis feliciter & jucunde enititur, uti videri poterit ex Tab. IV. & nunc ſequente.

Nr. 2. 3. Ubi traduntur duæ cochleæ ex eadem, modo laudata encheireſi, elotæ.

Nr. 4. Eſt Turbinis apographum matrici adnatum ex Vinetis Caſſellanis.

Nr. 5. Eſt Pecten obſcurioris ſignaturæ, ejusdem cum præcedente loci natalis.

Nr. 6. Eſt Nautilita ſeu Cornu Ammonis ſtriis undulatis præcedente tuberculo donatum. Reperitur Spangenbergæ.

TAB. VIII.

Nr. 1. Ein von mancherley Gattung See-Muſcheln zuſammen geſetzter Klumpe von Weiſenſtein. Es liegen hier in dem See-Sande verſchiedene See-Gewächſe vergraben z. E. Jacobs-Muſcheln / Buccina oder ſpitzig formirte curieus-gewundene und aufgerollete kleine Drommeten-Hörner / Patellæ oder Lepades, Auſter-Muſcheln / Schnecken / ꝛc. welche durch das Schlemmen leichtlich können davon abgeſondert werden / wie ſolches bey Tab. IV. und in den folgenden.

Nr. 2. 3. Kan geſehen werden an den zweyen Schnecken / ſo durch eben dieſen Handgriff ſind abgelöſet worden.

Nr. 4. Ein Abdruck von einer gewundenen Schnecken / ſonſt Turbo genennet / auf einem Kalck-Steine vom Weinberg bey Caſſel.

Nr. 5. Eine Jacobs-Muſchel von dem nemlichen Orte / an welcher die Striche nicht allzudeutlich zu ſehen ſind.

Nr. 6. Eine Nautilita, Cornu Ammonis, Schiff-Both / Schiffs-Kittel / mit geflam̃ten Strieffen / nebſt einer kleinen Erhebung an derſelben Enden / von Spangenberg.

TAB. IX.

Nr. 1. 2. Exhibent duplicem faciem lapidis calcarii ſatis conſiderabilis Spangenbergenſis, muſculos marinos Tab. VII. nominatos in maxima copia concludentis. Audit Liſtero loco cit. p. 182. Tit. 28. hæc muſculorum ſpecies, Muſculus ex cœruleo niger. Foris enim ex cœruleo nigricat; Intus ex cœruleo albeſcit, utrimq; vero lævis admodum. (quousq; videlicet concha ſtatui naturali relicta examini ſubjicitur) Muſculi hi ſedem non mutant, ſiquidem villis ſive ſetis, quaſi ſcopulis, adnaſcuntur. Magna copia ubiq; per oram maritimam & in fluminibus (quid igitur mirum, ſi copioſi hodie haud deficiant Foſſiles) quoq; aquæ dulcis reperiuntur. Edules ſunt apud nos, item eorum præcipuus uſus apud Lancaſtrienſes quosdam ad agros ſtercorandos; ubi carris vehuntur è ſcopulis in vicinos agros. Item ex his Eſca plurima ad capiendos piſces. Sociari huic lapidi meretur ob exactam convenientiam ille, quem delineari curavit Butnerus lib. cit, Tab. XXVIII p. 264. ita deſcriptus: Gegen über iſt eine Platte, darauf unterſchiedliche Muſchel-Schalen liegen, wie fleisſig ſie gezeichnet, iſt doch unmöglich geweſen

ihr


ihr alle Zierde zu geben, die sich im Original zeigt. Sie sind gleichfals nach ihrer Substantz gantz deutlich vom Gestein zu unterscheiden. Glatt, Braun, mit behörigen Strieffen, und ist von natürlichen nichtszu nennen, was hier mangeln solte.

TAB. IX.

Nr. 1. 2. Ein ziemlich grosser Kalck-Stein / so durch und durch mit Muschel-Schalen angefüllet / und von beyden Seiten anzusehen ist. Von Spangenberg. Er komt mit allen Umständen mit deme überein / welchen der um dieses Studium höchst-meritirte Herr Buttner Diaconus und Senior zu Querfurt Tab. XXVIII. p. 264. also vorstellet; Gegenüber ist eine Platte / darauf unterschiedliche Muschel-Schalen liegen. Wie fleissig sie gezeichnet / ist doch unmüglich gewesen / ihr alle Zierde zu geben / die sich im Original zeigt. Sie sind gleichfals nach ihrer Substantz gantz deutlich vom Gestein zu unterscheiden / Glatt / Braun / mit behörigem Strieffen / und ist von natürlichen nichts zu nennen / was hier mangeln solte.

TAB. X.

